



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



DISSERTATIO CIVILIS

DE

IVRE NATVRA-
LI, QVO PATER FILIIS
EST OBLIGATVS

Ex sacro Codice, consensu cultiorum genti-
um, rationibus Veterum Sapientum & san-
ctionibus Græcorum & Romano-
rum, ostensio.

Q V A M

ANNVENTE DIVINA GRATIA

P R A E S I D E

IOHANNNE C E C H E N
JURIS ET MORAL. P. P.
ET ORDINAR.

Publica disquisitioni subijciet

FRIDERICVS VVILHELMVS Bornholst
Quedlinburgensis.

AD DIEM XVII FEBRVARIJ.

IN IVLEO MAIORI

HORIS CONSUVETIS.

06)0(00

HELMÆSTADI,

Typis HENNINGI MULLERI Acad. Typ.

CIO IO C LV.

DISSEMINATION OF

IVRE M... LLO...

... ..
... ..
... ..



... ..
... ..
... ..
... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

I.



Sē jus aliquod naturā, sine ulla sanctione
 humanā, etiam sapientiores gentilium a-
 gnoverunt : licet non defuerint, qui id
 oppugnaverunt. Certē Carneades ut re-
 fert Laëtantius *lib. 5. c. 17.* more scēz suz,
 quz pro falso non minus quam vero vires e-
 loquentiā intendebat, non tantum pernegavit, sed hinc in-
 de conquestis argumentis vel opinionē ejus ex animis ho-
 minum evellere cōatus est. Arbitratur nempe jura sibi ho-
 mines utilitate sanxisse, variā pro moribus & apud eosdem
 pro temporibus sępe mutata ; jus autem naturale nullum
 esse. Omnes enim & homines & alias animantes ad utili-
 tates suas naturā ducente ferri ; proinde aut nullam esse ju-
 stitiam, aut si sit aliqua, summam esse stultitiam, quoniam
 sibi noceat, alienis commodis consulens. Nec ignota est
 Pœtæ impia pariter & periculosa vox :

Nec natura potest justo secernere iniquum

Nec aliud vult Euphemus apud Thucydidem *l. VI. ἀὐτὸ δὲ
 τρεῖς μὲν ἢ πλείους δεξιὴν ἐχέσθαι ἔδδεν ἀλογον, ὃ π ζυμφέρειν. Regi aut ci-
 vitati imperium habenti nihil injustum, quod utile.* A quo nec
 Athenienses abeunt, qui apud eundem Thucydidem *lib. V.
 πρᾶξιοι τὸν ἀνθρώπου λόγον διὰ τῆς ἰσῆς ἀνάγκης κερμύται. διωατὴ δὲ
 αἰδωατοὶ κρᾶσυσσι καὶ οἱ ἀδυνεῖς συγχωρεῖσι. Justa humane rationi
 ea censerit, quæ par necessitas indicit : ceterum quæ fieri possunt,
 ea fieri à validioribus, ab infirmioribus tolerari.* Quibus tritum
 illud suffragatur, *in summa fortuna id æquius quod validius.*

A

II. Ve-

II. Verum in alia omnia abierunt sanctiores genti-
 lium. Ne de Socrate & Platone primis illis Civitatisapi-
 entia antecessoribus, aut alijs exeorundem schola pro-
 deuntibus quicquam dicamus; Aristoteles summus Philo-
 sophorum subinde in scriptis suis civilibus disertissimis ver-
 bis id profitetur, ejus al' quot loca transcribere placet. *lib.*
5. Eth. c. 10. τὸ δὲ πολιτικὸν δίκαιον, τὸ μὲν φυσικὸν ἔστι. τὸ δὲ νομικόν.
Φυσικὸν μὲν, τὸ παρὰ φύσιν τῆν αὐτὴν ἔχον δύναμιν: καὶ ἢ τὸ δοκεῖν ἢ μὴ.
Civile autem jus aliud naturale est, aliud legitimum, naturale
quod ubicunque eandem vim habet, & non quia vel isa videtur,
vel minime: Eod. libro c. 12. Ἐπεὶ γὰρ τὸ νομικὸν δίκαιον καὶ τὸ πρῶ-
τον. Aliud enim legitimum, aliud primum jus est. Lib. 1. M. M. c.
34. τὰν δὲ δικαίων ἐστὶ τὰ μὲν φύσει, τὰ δὲ νόμῳ. Sed justorum quaedam
natura; quaedam lege sunt. Lib. IV, Eudem. c. 3. τὸ δὲ πολιτικὸν δι-
καίον, τὸ μὲν, Φυσικὸν ἔστι. τὸ δὲ, νομικόν. Φυσικὸν μὲν τὸ παρὰ φύσιν τῆν
αὐτὴν ἔχον δύναμιν καὶ ἢ τὸ δοκεῖν ἢ μὴ. Jus civile autem aliud na-
turale, est aliud legitimum. Naturale quod ubique gentium idem
valet, non quia isa decretum sit, vel non decretum. Gravissime
omnium l. 1. Reth. c. 13. ἐστὶ γὰρ, ὁ μακρῖονταί π πάντας, φύσει
κοινὸν δίκαιον καὶ ἀδίκον, καὶ μηδεμία κοινωνία πρὸς ἀλλήλους ἢ, μηδὲ
συνθήκη; οἷον καὶ Σοφοκλέης Ἀντιγόνη φαίνεται λέγουσα, ὅτι δίκαιον ἀ-
πειρημένον, ἴσασθαι τὸν Πολυαίχνη, ὡς φύσει ἐν τῷτο δίκαιον

Οὐ γὰρ πινύ π καὶ χθες, ἀλλ' αἰεὶ ποτὲ
 Ζῆ τῷτο κούεις οἶδεν, ἐξ ὅτῃ φάνη.

Καὶ ὡς Εμπαδοκλῆς λέγει πρὸ τῆ μὴ κτινέει τὸ ἔμψυχον. τῷτο γὰρ, ἢ
 ποι μὲν δίκαιοι, ποι δὲ ἢ δίκαιοι.

Ἀλλὰ τὸ μὲν πάντων νόμιμον διὰ τ' ἐνυρμέδοι.

Αἰθερὸς ἠνεκίως τῷτοτοι διὰ τ' ἀπλήτῃ ἀυγῆς.

καὶ ὡς λέγει ἐν τῷ μεσοθηνακῷ Ἀλκιδάμας. *Est enim quoddam*
quod augurantur omnes, natura commune justum, & injustum,
etiam si nulla societas invicem sit, nullaque pactio, ut Sophocles Ἄρ-
συχάνη videtur dicere, justum esse, interdictum sepeleire τυτῆνι-
εστῶ,

*tem, quasi natura sit id justum. Non etenim id nunc, & heri, sed
 semper fuit. Et nemo scit unde ejus ortus sit. Et ut Empedocles di-
 cit de non interficiendo, quod animatum est: id enim non quibus-
 dam quidem justum est, quibusdam vero non justum, sed hoc qui-
 dem omnium legitimum, perque latum aethera, omnibus in parti-
 bus extensum est, perque ingentem splendorem. Et ut dicit in
 Messeniaco Alcidas. Hæc loca, auro contra sunt æsti-
 manda. Nectamen solus Aristoteles hoc agnovit; sed plu-
 res sapientum, imò sapientiores omnes in hanc ivère sen-
 tentiam, Cicero lib. 3. de finibus; Ad justitiam, ait, nati esse
 videmur. Idem de Legibus lib. 1. Nihil est profecto præstabilius,
 quam plane intelligi NOS AD JUSTITIAM ESSE NATOS, ne-
 que opinione, sed natura constitutum esse jus. Ibidem. Sequitur
 igitur, ad participandum alium ab alio; communicandumque in-
 ter omnes, justos natura nos esse factos. Idem lib. 2. de LL. Hanc
 video Sapientissimorum hominum fuisse sententiam, Legē neq. homi-
 num ingenii excogitaram, neque scitum aliquod esse populorum.
 sed æternum quiddam, quod universum mundum regeret, impe-
 randi prohibendiq. sapientiā. Idem. Non erat alia lex Roma,
 alia Athenis, alia nunc, alia posthac. Sed & omnes Gentes & o-
 mni tempore una lex & sempiterna & immutabilis continebit, u-
 nusque erit communis quasi Magister & imperator omnium Deus.
 Plura loca congerere non lubet. Ex his satis liquere po-
 test, hos quidem itidem gentiles à Carneade secessum fa-
 cere, jusque, quod naturā sine ullis humanis decretis mor-
 tales obliget, agnovisse.*

III. Neque Carneadis asseclarumque argumenta e-
 jus sunt roboris, ut illud jus, quod Deus Tex Opt. Maxi-
 mus animis mortalium in sevit, evellere, aut justitiam stul-
 titiam hominibus persuadere queant. Summa illorum
 hæc est. Hominem, utpote animal, non minus ac reli-
 qua bruta ad suas ferri utilitates, neglectis & insuper habi-

nis sui similibus. Vbi cunq; verò propria spectatur utili-
 tas, aliorum sive salute, sive commodo non attentò, ibi jus
 & iustitiam esse non posse, cum hujus vis tota ad aliòs re-
 feratur. Scilicet ita creditur concludi posse; Quicumque
 naturã duce suis student commodis, nullaque reliquorum
 sui similibus curã tanguntur, apud eos naturaliter jus & ju-
 stitia esse non potest. Atqui homines hac ratione sibi
 prospicere, sequè curare, aliorum salute non attendit; non
 tantum docet instinctus naturalis, qui in omnibus brutis
 reperitur, sed præterea ipsa experientia, qua locupletatã
 mã teste evidenter constat, quemlibet mortalium omnia
 fere ad suam referre utilitatem, parumque de alijs, ex qui-
 bus nullum sperat emolumentum, esse sollicitum. Verum
 enim verò longe infirmius est argumentum, quam ut id,
 quod Carneades intendit, evincere possit. Quamvis e-
 nim negandum non sit quemlibet mortalium sui primariò
 gerere curam, adeoque consensu omnium Moralium Do-
 ctorum secundum *ordinatam charitatem, sibi proximum esse,*
 & à se ipso incipere; eò tamen, cum quibus vivit, pror-
 sus negligere, neque ullam eorum habere rationem, & ra-
 tionis & experientiæ refragatur. Cum enim homo sit a-
 nimal sociale & congregabile, adeoque extra illam socie-
 tatem vivere, aut non possit, aut certè cum summo incom-
 modo, nisi aut *Deus* aut *bestia* sit; liquidò apparet, ipsi bene
 esse non posse, nisi & cæteri, cum quibus societatem colit,
 salvi sint, adeoque necessario quoque illorum, absque
 quorum ope & auxilio ipse bene vivere non potest, curam
 gerere tenetur; Imò sibi prospicere, suæque salutis ratio-
 nem habere non potest, nisi & cæterorum curam gerat:
 adeoque dum aliorum studet commodo & salutis, sibi in-
 servit, ad se refert; & dum sibi prodest, alijs simul prodest.
 Quod quidem Aristoteles eleganter ostendit dum *lib. 6. Eth.*

cap. 9. errorem vulgi refellit, quo illi tantum prudentes creduntur, qui sibi prospiciunt, suaque curant. Καὶ δὲ καὶ ἐπὶ αὐτὸν ἰδὼς καὶ διατρέβων Φρόνιμος εἶπαι; οἱ δὲ πολιτικοί, πολυπράγμονες. Videaturque ille, qui sua cognoscit, in hisque versatur, prudens, civiles autem negotiosus. Quam stabilire videntur Euripidis versus:

Πῶς δ' αὖ Φρονοῖν, ὦ παρῆν ἀπεργαμέτους
 ἐν τοῖσι πολλοῖς ἡρωδιμημένοι στρατῷ,
 ἴστα μὲν χεῖν τὰ σφοδρὰ τὸ τῆς;
 τὸς γὰρ περιούτους καὶ τι περὶ σπονδὰς κλέων
 Ζεὺς μέσση.

Ἰστέοι γὰρ τὸ αὐτοῖς ἀγαθὸν καὶ αἰσῶνται ἔσο δὲ αὐτῶν κέρδιον.

Quo namque pacto valeo prudens dicier?
 Cui sic licebat inveter alios milites,
 Negotio esse sine ulla, & equum sumere
 Partem honorum caetera cum exercitu?
 Nam curiosos, atq. agentes plurima
 Odere divi,

Querunt enim, quod sibi bonum est: idque agendum esse existimant. Verum paucis, solidè tamen erroneam vulgi opinionem refellit. ἐκ πάντης ἔν τῆς δόξης ἐλήλυθη τὸ τῆς Φρονίμου εἶπαι. Καὶ περὶ ἴσως οὐκ ἔστι τὸ αὐτῷ αὐτοῦ βικονομίας, ἢ δ' αὐτοῦ πολιτείας. ἔπ δὲ, τὸ αὐτῷ πῶς δὲ διακεῖν, ἀδελφοὶ καὶ συνηθῶν. Ex hac igitur opinione evenit, ut prudentes hi sint: tamen si fortasse uniuscujusque bonum sine familiari & civile non est. Præterea verò quomodo proprium uniuscujusque bonum administrare oporteat, obscurum est, atque idcirco considerandum. Scilicet hoc vult, neminem sibi saltem prospicere, suaque commoda curare posse, nisi simul vel eorum, qui in domo, vel eorum, qui in civitate cum ipso degunt, rationem habeat. Quam explicationem Eustratius Nicænus hinc loco subdit; Hac modo, ait, scus hic intelligendus est: vel quia homo natura est sociabile ac

Pregrabile animal, spectasse Aristotelem, ad hujusmodi hominum naturam credendum est: dixisseque: prudentem per se solum non posse proprium bonum sequutum virtutem exercere, nisi vel in civitate, vel in domo degat. Ita enim solum, sineque ulla hominum societate vitam trahere, vel deusum supraque hominem, vel homine inferius ac ferinum est. Quibus gemina tradit Hugo Grotius in prolegom. de jure belli & pac. Naturali juri utilitas accedit. voluit enim natura auctor nos singulas & infirmos esse, & multarum rerum ad vitam recte ducendam, agentes, quam magis ad colendam societatem reperamur. Hominem porro hominis curam gerere, imò interdum suam aliorum postponere saluti, non tantum annales nos abunde docent, sed quotidiana experientia dubitare nos plane non sinit. Quid enim pater liberorum causa subit? quid maritus pro uxore non perfert? Quæ contra & liberi parentibus, quæ maritis uxores exhibent? Quid Magistratus pro subditis? quid hi pro illorum salute suscipiunt? Imo aliter, siquidem quilibet salvus esse velit, fieri non potest.

IV. Neque ex eo, quod varia apud diversas gentes obtineant jura, & quod ea, quæ naturæ sunt, interdum mutari videantur, concludere licet; nullum dari jus, quod sit tale naturæ. Vetus est objectio, quam Aristoteles in civilibus suis Codicibus sæpè sibi objicit *lib. 1. Nicom. cap. 7.* τὰ δὲ κατὰ καὶ τὰ δίκαια, ὅτι ἂν ἡ πολιτικὴ σκοπιῆται, ποιεῖται ἔχει διαφέρει καὶ πλεον, ὥστ' δοκεῖ νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μὴ. *Hænest autem & justa, de quibus civilis considerat, tantam differentiam tantumque errorem in se habent: ut lege non natura esse videantur.* Imo infra *lib. 5. Nicom. cap. 10.* fere ipsissimis verbis Carneadis argum. προφανῆς δοκεῖ δὲ εἶναι πάντῃ εἶναι τοιαῦτ' ὅτι, τὸ μὲν φύσει, ἀκίνητον καὶ παρὰ χεῖ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν ὡς περὶ τὸ πῦρ καὶ ἐν γαίῃ καὶ ἐν Περσῶν καὶ αἰνῆσθαι δὲ δίκαια κινῆμενα ὀρθῶς. *Sed nonnullis omnia esse hujusmodi videntur: quia quod est natu-*

re im-

ra immobile est, & ubiq̃ue eandem vim habet, quæ in admodum ignis, qui & hic & apud Persas urit: jura vero moveri videntur.
 Hoc vult. Quæ jura mutantur, illa non possunt esse naturæ; quia hoc jus immobile est. Atqui pleraque, imo omnia jura mutari videntur. Ergo nulla jura sunt naturæ; Jura verò illa, quæ naturæ omnes cultiores asserunt, malis moribus & pravâ educatione obliterari posse; nemo dubitat. Neminem esse laudendum, à latrocinij, furtis, & adulterijs, incestu præsertim majore abstinendum esse, populi omnes cultiores uno asserunt ore; nihilominus gentes & olim fuerit & hodie non desunt, quæ crimina, quæ jam diximus, sibi laudi duxerunt & hodiernum ducunt. Jul. Cæsar de Germanis: *Latrocinia nullam habent infamiam, quæ extra fines cuiusque civitatis sunt.* Tacitus & Saxo lib. 14. idem prodiderunt. Servius de Thyrrhenis ad IIX *Æneid.* id. in testatur. Diodorus Siculus de Lusitanis etiam: *τὸ ληστειὸν ἀπὸ τότε τῶν Ἰθρηῶν ἔχει καλλιῶν ἡγεμάτων ad id tempus. Ἡβαστικὸν latrocinari inter pulcherrima habebatur.* Quo spectat quoque amica illa interrogatio apud Homerum *odyssea K.* *Ἄν πρᾶδονες ἐσθι? quasi ficitum hoc & laudabile genus vitæ sit.* Imò scholiastes vetus: *οὐκ ἀδοξὸν ἦν ὡς τὰ τοῖς παλαιῶς τὸ ληστεικόν, ἀλλ' ἔνδοξον. Latrocinari apud antiquos, non tantum infamia carebat, sed insuper gloriosum ducebatur.* Thueydides cum ejus meminit lib. 1. addit; *οὐκ ἔχοντός πο ἀχρίνη τί τε ἔργα, Φέρον δὲ π καὶ δόξης μάλλον.* Nondum infamatum habebat id vitæ genus, quin potius laudi tribuebatur. Cum matre aut patre filium filiamque conjungi ingens scelus est; quod tamen multæ gentes admisérunt & in mores verterunt. Euripides ita,

Τοῖσπον πᾶσι τὸ βίββαρον γὰρ.

Πατήρ τι θυγατρί. παῖς αἰ μητρὶ μίγνυται.

Κόρη τ' ἀδελφῷ διὰ Φοῦα δ' οἱ φίλτατοι.

Χαῖρ' ἄν καὶ τῷ δ' ἄδελφῷ ἐξέμενοι μὲν.

Tate

Falso est omne barbaricum genus.

Mater jugatur filio, nata pater;

Frater forori: proxime alterna manus

Cade implicantur: nulla lex prohibet nefas.

Imò jus hoc à Persis contemptum fuisse, nemo ignorat; neque tamen inde minus jus naturale esse, Xenophon recte dicit. Medis, Indis, Aethiopibus idem impingit S. Hieronymus l. 11. contra Iovinianum. Verum moderni Iapponenses eoulque efferati sunt, ut infantes ex se natos crudelissime enecent. De quibus Maffeus ita; *Pregnantes famine partum haud rarò medicamentis abigunt, idque Bonziis autoribus & magistris, vel etiam editos in lucem infantes, alendi radio, inopiae, crudeliter injecto praefocant pede. Cui suffragatur Vilelas. Ad cetera scelera, quae multa sunt, illa etiam accedit immanitas, ut filios infantes crudeliter necent, vel quod unum aut alterum sobolis causa satis esse, vel quod in rei familiaris angustiis eorum felicitati hoc pacto se consulere arbitrentur. Persuasum habent etiam alicubi, quae mulieres ventrem ferant, ea faminam si peperint, ad inferna damnari: quae re permota fatum in utero medicamentis interimunt.* Imò Sodomiam sacerdotes ipsorum, qui Bonziji dicuntur, non tantum publicè exercent, sed eam defendunt, & licitam quoque esse asserunt. *Claudat vitiorum cumulum, ait Bernh. Varenius in descriptione Regni lap. cap. 20. quod à Maffeo omissum miror, grande & stultissimum crimen. Paderotia, sive vitium Sodomiticum, quo gens Iapponia, ut etiam Chineses & omnes fere Indi adeò delectantur, ut pro crimine non habeant, sed licitum sit, atque ab ipsis Sacerdotibus, qui feminis abstinere coguntur propter religionem, peragatur. Quod Xaverius etiam confirmat; Bonziji (sacerdotes & monachi Iapponenses) nefario libidinis generi usque eo dediti sunt, ut etiam palam id profiteantur. Jamq; adeo communis omnium virorum pariter ac mulierum haec pestis est, ut iam*

teiri

*Devi flagitij vultum atq. horum cuiuslibet iam sustulerit consuetudo. De
 hoc nos nefarium scabre sapè iuvabitur, etiam, offendimus, quam
 scelerati sint, Deoque iuvisti, qui tantam impunitatem suscipiant;
 secundis quidem ceterorum auribus atq. animis uerimur: sed Bon-
 nij ipsi à nobis admoniti, ac à tam feda libidine sibi temperant, ri-
 su ac facetiis objecta eleuare conantur. Es quamuis grauiser ob-
 iurgentur, quasi callo ad turpitudinem obdura, etiam ad pudorem
 abduerant. Ut adeò dubium non sit iura naturæ prauis
 gentium moribus & perversa educatione & consuetudine
 obliterari posse, quæ tamen prauitas non efficit, ut iura illa,
 quæ reuera naturæ sunt, talia non sint. Quemadmodum
 enim mel quod febricitanti amarum videtur, propterea
 amarum non efficitur; aut album ictero laboranti flavum
 visum, propterea albedinem non amittit, ita quoque jus
 naturæ, quod à distortis & barbaris gentibus pervertitur,
 propterea jus esse non desinit. Elegantissime Aristoteles, *1. 2.
 Magnor. Moral. cap. 34.* τὴν ἰδικαίω ἐστὶ τὰ ἐφ' ἑαυτῶν, τὰ δὲ ἰάμοι,
 αὐτῶν δ' ἔτι καὶ μεταλαμβάνει μὴ ὡς μὴδὲ ποτε αἰ μεταβάλλει. καὶ γὰρ
 τὰ φύσει ὄντα μεταλαμβάνει μεταβολῆς. λέγει δ' ἕως εἰ πάντως τῆ
 ἀρετῆς μεταστῆναι αὐτὴν βάλαν, γονίμεθα αὐτὴ ἀμφιδέξιοι. αἰδὲ
 φύσει γὰρ ἀρετῆς ἐστὶ καὶ τὰ δεξιὰ μὲν ἔτι φύσει βέλτερον ἐστὶ τῆς
 ἀρετῆς, καὶ πάντα ποιῶμεν τῆ ἀρετῆς παρὰ τῆς δεξιᾶς. ἢ δ' ὅτι.
 μεταπίπτει ἀπὸ τῶν ὄντων ἐφ' ἑαυτῶν. αἰδὲ μὴ ὡς δὲ τὸ πολὺ καὶ τὸν
 πλείων χρόνον ἔτι ἀρετῆς ἢ ἀρετῆς ἀπὸ τῆς δεξιᾶς, δεξιὰ τῶ
 φύσει ἐστὶν ὁσούτως ὅτι τὰ φύσει δικαίω μὴ εἰ μεταβάλλοι ἀπὸ τῆ
 ἀρετῆς γένηται, ἀπὸ τῶν ὄντων ἐστὶ φύσει δικαίω αἰδὲ ἐστὶ τὸ γὰρ ὡς δὲ
 τὸ πολὺ ἀρετῆς, τῶ φύσει δικαίω προφανῶς, ὁ γὰρ αὐτὸς ἡμεῖς θάμε-
 θα καὶ κομισώμεθα, τῶ καὶ ἐστὶ δικαίω ἢ δὲ, καὶ παλῶμεθα κατὰ νόμον
 δικαίω. Sed iustorum quædam natura, quædam lege sunt. Per imp-
 arbitraritia operetur, ne præteritis nunquam excidere, quæ natura
 sunt, quæ sine etiam mutationem subeunt: ut, inquam, si iaculari
 annes semper sinistra annis annis, tandem sinistra manu æque ac
 dextra*

*dextra autem. Atque à natura sinistra est & à dextra nihil aliud
 à natura potiora sunt sinistra, nam et si contra à sinistra, sic et de
 extra facimus. Non quod mutari hoc queant, ob hoc à natura non
 sunt. Verum si ut plurimum distinet, ut permancant, & sinistra,
 & dextra, id quod à natura est. Idem in à natura iustia, si iustia
 usi immutentur, non ob hoc à natura iusta non fuerint, imò equi-
 dem fuerint. Nam quod ut plurimum perdurat, id propalam ju-
 stum à natura est: quod vero nos constituamus, leges, facisamus,
 id certe iustum atq; etiam ex lege iustum nancupamus. Quibus
 præter album calculum adficere nihil possumus. Bene quo-
 que Porphyrius *να τὸν ἐνὶ τῷ ἰσχυρῷ* ἰξ. ἂν ἡ ἀρχὴ τῆς ἐν
 γνάμνας τῆς ἀνθρώπων κατὰ φύσιν φύσεως: quaedam natio-
 nes effert a sunt & facta inhuma, ex quibus non oportet ab equis
 iudicibus affirmatione facta humana natura corvitiā fieri. An-
 dronicus Rhodius: *παρ' ἀνθρώπων τὸν πρὸς τὸν καὶ ἰσχυρὸν ἔχου-
 σον, ἐστὶ δίκαιον ἀκλόητον, ὁ φυσικὸς λόγος. ἔξ' τοῖς νοσοῦσι τὰς ψυ-
 χὰς καὶ διαστραμμένους ἔδωκε δίκαιον, ἔδωκε ἡσυχίαν. ἔδωκε δὲ ὁ λόγος τὸ
 μὴ κελύειν ἐπὶ τῷ ψυδότητι, διὸ τὸν νοσοῦσαν ἔδωκε τὸν δούλον. Apud
 homines recta sanaq; mente præditum immutabile est jus illud natu-
 ra, quod dicitur: Quod si his, qui morbidis, distortis, sunt animo, ali-
 ter videtur, nihil id ad rem pertinet. Nam nec mentitur, qui mel
 dulce esse dicit, idcirco quod ægris aliter videtur.**

V. Esse itaq; aliquod nature jus, non attentis Car-
 ne sedis, affectuumq; argumentis, ex dictis apparere potest.
 Quid autem illud sit, & unde desumptum, de eo ingens sa-
 pientum dissensio est. Magni momenti res videtur, dicere
 posse: hoc esse jus nature & quidem certò absque ulla for-
 midine oppositi; hoc vero tale non esse. In eo mo-
 derni fere conveniunt omnes; tam Philosophi, Theo-
 logi & Iuri, quod sit dictamen rectæ rationis indicans actu
 alicui ex ejus convenientia aut disconvenientia cum ipsa
 natura rationali, inesse moralem turpitudinem, aut necessi-
 tatem

rarem moralem, ac consequenter ab audore naturæ Deo,
 ralem actum aut vetari aut præcipi. Ita ferè plerique de-
 scribunt. Quamvis verò hæc sententia nec auctorum nu-
 mero pariter & gravitate; nec, quod distamulandum non
 est, sua destituitur pondere rationumq; firmitate, evidens
 tamen non est, ita ut ex eadē mō abiq; ulla formidine op-
 positi pronunciatæ possis, hæc vel illa esse, vel non esse
 jura naturæ. Neq; enim simplex illud distamen rem con-
 ficiet: alias jura naturæ forent plura, & inter se diversa. Pla-
 toni sua distabat ratio uxores, liberos & omnia bona esse
 debere communia; adeoque hæc vel juris naturæ arbitra-
 batur, vel certe cum eo non pugnare; Aristoteli contra sua
 ratio aliud distabat; Perle aliq; Barbari, de quibus ante
 ex Euripide dictum, parentum liberorumq; carnalem mix-
 tionem licitam credebant; à qua alij populi quam maxime
 abhorrebant. Bonzii lapponenses Sodomiam inveniunt,
 eamq; tanquam sanctiorem consuetudini mulierum apre-
 ponunt, à qua religio eos abstinere jubet; nobis contra vi-
 detur. Fæminæ lapponenses aut partus abigere, aut natos
 infantes enecare & abicere, fas credunt; nos & alij populi
 summum nefas. Utuntur hi omnes ratione, quæ tamen
 aliud hisce quidem & aliud alijs dicitur. Imo hi populi ad rō
 in pervertis illis & diuturnitate temporis & consuetudine
 confirmari sunt, ut contra sentientes errare & peccare ar-
 bitrentur, uti supra de Bonzijs dictum. Neq; rem confici-
 es, si dixeris *distamulatio* non sufficere, sed *recta* requi-
 ri, ut illud demum juris naturæ sit consentandum, quod *recta*
distamulatio. Iisdem enim hæc sententia premitur difficulta-
 tibus. Quæ enim *rectamulatio* sit, & quis contradicaturum ca-
 natur, haud constat. Neq; te expedies, si asseras *sapientes* e-
 ne; cum ipsorū sapientia in dubium vocari queat, an reve-
 ratales sint; nec ne. Certè intellectui tuo haud satisfeceris; si

est rationem pro reſta agnoſcat, qui vel ſcipſum ſapientem proficitur: vel qui ab alijs, qui ipſi forte rufus ab alijs etiam hoc nomine laudentur, talis habeatur, cum plerumque fieri queat, ut ipſe amore ſui deceptus falſo ſibi eam attribuat, (ut fieri amat) aut alijs, vel affectu, vel errore ducis idem contingat. Quapropter dictatum recte rationis non erit quavis de moribus & juſto ſententia, quæ cuilibet mortalium in mentem venit; neq; ſimpliciter etiam id, quod ſapientibus, imò diverſis ſectis placet. In quam varias enim ſententias à Philoſophis (qui profecto ſoli ſapientes omnes credebantur) de ipſo ultimo fine, ſeu Summo Bono, à quo reliqua omnia dependent, diſceſſum ſit, nemo facile ignorare poteſt. Cortè Varro arbitratur 288. eſſe poſſe; nec multò pauciores numerat S. Auguſtinus *lib. 19. cap. 1. de Civ. Dei. Clem. Strom. & Epiphanius de ſectis in comp. de fide Cathol.* Diogenes Laërtius *de vit. Philoſ.* Quorum quilibet ſuam ex recta ratione opinionem prolifſe ſine dubio videri voluit. Si verò de ultimo fine hominis, tanquam fonte omnis juſti, ad quod homo naturā obligatus eſt, in tam varias irret ſententias, quid ſperandum de reliquis, quæ ad extremum illum ducunt? Quapropter dictamen neque rationis, neq; ſapientum, niſi quidem vulgo vocantur, opiniones ſimpliciter juſ illud efficiunt; foret enim alias diverſum. Recta ratio demum juſ illud proforet? Verum eum ju� aliquod parere debeat, aut verabit, aut imperabit, aut permittet aliquid. Hæc tria enim juſ in offe videntur omnium conſenſu, imperare, veritate aut perſiſtere; quorum hoc ultimum ex prioribus profluit. Que quid autem dictat ratio, id omne vel eſt principium vel, conluſio. Et quicquid beneficio rationis aſſequimur, id ad alterutrum horum erit referendum. Quæcunque enim humanitate meæ cognoſcit, aut ad actiones refert, vel ex ſe illam habent cer-

NEU.

studium, et de eorum veritate dubitari amplius non po-
 fit, aut vero estin sortiantur aliunde; si prius, principium
 vocatur; si posterius, conclusio. Quicquid itaq; in practi-
 cis & actionibus humanis nostra distulaverit ratio h. e. bo-
 neficio ejus bonum, iustum & honestum deprehendere
 possumus, vel principij dignitatem, vel conclusionis veri-
 tatem sustinebit. Harum firmitas & certitudo ex prioribus
 dependet. Vbiunque enim certa & indubitata sunt princio-
 pia, ex illis, servata verâ & legitimâ rationandi formâ,
 non potest non vera & certa sequi conclusio. Quocirca
 questio omnis devolvetur eò, unde nam principia juris
 naturæ nobis innotescant, ex quibus firmiter & indubitata
 deducere possumus, quæ naturæ juris esse vulgo dicimus.

VI. Aristoteles tres agnoscit principiorum fontes
*l. 1. Eth. Nicom. c. 7. τῶν ἀρχῶν δὲ, αἰσθητῶν ἢ μαθητῶν ἢ ἠθικῶν, αἰσθητῶν αἰσθητῶν ἢ μαθητῶν ἢ ἠθικῶν. Ex principis verè
 alia sunt quæ inductione; alia quæ sensu; nonnulla quæ assuetudine
 quadam; alia, quæ alio quodam modo considerantur. Scilicet
 Inductionem, Sensum & Assuetudinem. Eustratius Nicæ-
 nus quartum superaddit, nempe Experientiam. Nonnulla
 inductione, ait, considerantur, ut ea quæ eadem sunt aequalia, inter
 se quoq; sunt aequalia, necesse est: & si aequalia aequalibus adju-
 gantur, tota erunt aequalia. Si enim quis hoc audiens dubitet, habeat
 ad se ita res, ut rationes istæ exponunt, ad hoc declarandum ut
 quidem demonstratione minime poterimus, utemur tamen induc-
 tione, numerosq; & magnitudines inter se aequales assumemus, &
 modo unitalibus applicabimus, ad quod singula comparentur, sique
 omnia illi aequalia invenimus, ex eo & reliqua inter se esse aequalia
 cognoscemus: modo aequalia aliis aequalibus apponemus, atq; ita tota
 esse aequalia effecta ipso ostendemus. Et paulò post. Sensu verò pro-
 priis primorū elementorum qualitates percipimus, ignis scilicet ca-
 lidus aerem, humiditatem aeris, aqua frigiditas, et terra siccitatem*

*Conversas a consuetudine nihil aliud, quam virtutes cognoscimus: Quamvis alia modo fieri possit, ut honesta esse cognoscimus, ea quae semper esse sunt, quae sunt a consuetudine, ut si quis assuescit, & experientia autem nihil percipiuntur, id quod in medicamentis, & alimentis cabrigit. . . Nam quae saepe alimentum, atq. item medicamentum aliquod experiri sumus: id esse vel utile, vel noxium confirmamus. Verum ne jam de differentia inter indolentiam & sensum quicquam dicamus, (alterius enim loci esse videntur) n. que etiam, cum verè Eustratius experientiam tribus illis contradistinguat, addamus; tantum licet breviter ostendere, in practico principiis parandis potissimum Assuetudinem locum habere. Vti enim quilibet natus, educatus, informatus; talibus quoque moribus est imbutus: ut profectò quantum ad virtutes & opiniones de honesto & iusto sere sola dominetur educatio & consuetudo; Si quæ enim in Rep. Platonica, in qua communionem omnium bonorum introducere nitebatur, adoleviscent, illi vagam Venerem, matris cum filia, filiaque cum patre communionem non credidissent scelos, quod nos quidem appellamus nefandum vid. Platon *l. 2. de Rep.* Item Aristotelem *lib. 2. polit. cap. 1. & 2.* Sic apud maiores nostros latrocinia aulâ habebant infantiæ, quæ extra fines cujusq. civitatis fiebant; ut Cæsar & Tacitus testantur. Hispanis quoq. latrocinari inter pulcherrima habebatur; ut Plutarchus refert. In id genus vitæ summe apud alios quoq. populos ducitur laudi, ut Homeri Scholiastes testatur; quod nos tamen tanquam horrendum scelus abominamur, & mortis supplicio vindicamus. Adde quod iis, qui præcepta vivendi præscribebant, ut Zenoni Chryippo, Persarum Magis concubitus seu maternus concubitus ut & masculorum licitus crederetur; ut Sixtus Empiricus Pyrrhon *hypoty. l. 3. cap. 25. & advers. Mathematicam. lib. 10.* disertè testatur. Theodoro*

Theodoro Philosopho furtum, sacrilegium & adulterium
 licitissima erant, uti **Diogenes** in vita **Aristippi**, **Hesychius**
 in **Theodoro**, **Epiphanius** in comp. de fide Carb. locupletissimè
 sunt testes; quæ tamen **Vlpianus** Ictus itidem gentilis na-
 turâ turpia esse in multis locis Romani juris inculcat. Imò
Diagoras Melius, alijque permulti opinione sapientiæ
 celebres, omnes Deos, eorumque timorem pariter & venerationem
 penitus sustulerunt, ut **Minutius Felix** in *Octavio* tradit. **Carneades**, ut
 supra audivimus, omne in universum jus negavit, imò justitiam
 stultitiam credidit; cuius assecclas dat **Laertius Archelaum** &
Aristippum in *vita eorum*. **Pyrrhonij** vero & **Scepticorum** usque
 fuere progressi, ut ne quidem communes notitias aut ullam
 veritatem admiserint, ne dum quicquam de jure naturæ certum
 statuisent. Ut merito divinus **Plato** in *Phædro* exelametur,
 nihil fere incertius esse, quam opiniones mortalium de justo.
 Sic locutores suos facit loquentes. **SOC.** Cum quis Argenti aut
 ferri nomen protulerit nonne universi idem intelligimus? **PHÆD.**
 Id verum est. **SOC.** si δ' οὐκ ἀνδρα γ' ἀγαθὸν; ἔτι ἄρα ὅτι ἀγαθὸν
 ἔστι καὶ ἀμφοτέρωθεν ἀλλήλοισι καὶ ἡμῶν ἀνοίσι; Quid vero cum
 justis aut Boni nomen usurpaverit, nonne alius alio fertur. & tam
 inter se ipsi. & à nobismet ipsis dissentimus? Cui **Tertullianus**
 suffragatur, qui expensâ variâ illa gentilium Philosopho-
 rum dissensione recte tandem concludit, illos opiniones suas
 facere leges naturæ lib. de anima. c. 2. Nec hodie omnes eju-
 dem sunt sententiæ. Nam lapponenses & quidam eorum sa-
 pientes seu sacerdotes, **Bonzij**, **Sodomiam** consuetudini
 fornicationis, imò conjugio præferunt; quam tamen nos
 tamquam ferinam pravitatem aversamus: ut ad eò simpliciter
 & nudo usui rationis sibi relicto haud multum sit fide-
 dum: certè tantum non tribuendum, ut eidem autorita-
 tem juris illius naturalis condendi concedere velis. **Que-**
 pro-

Propter diversitatem morum & opinionum, de jure honesto
licito & illicito potissimum scire ab educatione dependet. Si
enim & nos in ejusmodi gente nati & educati essemus, forte
& nobis ita videretur. Quapropter ingens beneficium est à
Christianis nasci parentibus, & ab eisdem in vera cogniti-
one Dei, ad eumque perveniendi modo, educari. Cum enim
conclusiones practicæ de honesto justo & licito ex firmis
principijs sint deducendæ; hæc verò a consuetudine potissi-
mum parentur, ut supra dictum, id verò consuetudinis ha-
beat, quod vel ab omnibus, vel plerisque alicujus gentis
impune fuit, habitum cerè fieri aliter non potest, quin ea,
quæ diutino usu inpleverunt, ipsa consuetudine videantur
honestæ & licitæ. Ob quod enim non afficitur pœnâ sed po-
tius laude, id credimus honestum & licitum. Atqui ea, quæ lon-
gissimo usu in populo aliquo invaluerunt, ob ea nemo af-
ficitur pœna, sed potius laudatur. Quapropter ea honesta
videri & laudabilia nemo ambiget.

VII. Pone verò omnium gentium sapientes conjuncti
in unam sententiam, adeoque quasi pacto quodam in cer-
ta quædam consensisse, quæ faciendæ quæ omittendæ du-
xissent: nondum profecto placita illa auctoritatem juris fu-
issent sortita. Sive enim mortales consideres extra Resp.
constitutos, adeoque omnes æquales; sive in Rep. viven-
tes, illorum placita aut planè nullum jus, aut certè non na-
turale, quod omnes homines obliget, efficere possunt.
Apud eos, qui absq; Rep. vivunt, jus tale nasci non potest;
quia omnes æquales, adeoque alter in alterum nihil habet
potestatis, & per consequens eum neque obligare, neq; si
contra id agit, quod imperatum, aut vetitum est, pœna af-
ficere potest. Vbi autem neque obligatio, neque pœnæ pote-
stas oriri potest; ibi neque jus. Si in civitatem coierint & im-
perio unius, vel paucorum, vel plurium se subjiciant, qui ju-
ra im-

Ita impossibile est, ut condant secundum ea regant & refractarii
penas imponant; rursus jus naturale, quod alios extra il-
lam obligare possit, inde oriri non potest. Præterea cum
ex consensu ortum suum trahat, ne quidem cives illos ita
obligare poterit, ut contrario dissensu solvi nequeat. Quic-
quid enim nos ex consensu obligat; mutata nostra volun-
tate obligare nos desinit. Quinimo illa ipsa obligatio, qua
astringuntur promissa sua servare, nempe se vel uni vel
paucis, vel omnibus seu plerisque subjectos fore, eorum-
que imperium passuros, altiore, quam hominis est, aucto-
ritatem & coactionem flagitat. Hoc quidem certum est:
statum illum nisi hac promissione, quod velint huic vel illi
se se subicere: firmitas autem illius promissi, quod servan-
dum sit, superiore necessariò requirit, qui & imperan-
tem, & parentes imperio suo habeat subjectos, ut, quicumq;
ipsorum ab officio & promissis discedat, pœna coerceatur.
Nec aliter se habebit, si finxeris totum orbem terrarum in
quam societatem seu Remp. cojisse & quædam decreta ab
ea esse facta, quæ profecto neque nomen neque autorita-
tem juris naturalis sustinere unquam poterunt. Quapro-
pter firmissime concludimus, posito etiam consensu omni-
um mortalium, sive extra Resp. sive in ipsdem viventium,
qui tamen neque unquam fuit, neque erit, nihilominus
tamen ex solo, simplici & nudo rationis usu desumi non
posse; nisi accedat autoritas humanâ potentiâ longe supe-
rior, cujus jussu omnia ea, sine quibus humanum genus
consistere, aut conservari nequit, imperentur & prohibean-
tur, cujus metu pariter & veneratione mortales ea vel
agant, vel omittant. Qua quidem notitiâ sive opinione
omnes in universum niantur Resp. quæ nullo fere alio vin-
culo, nisi juramento continentur; hoc verò metu Numinis
absque quo si esset, stulti essent, qui quicquam ob hone-
stum

lum vel iustum pateretur; cum non hanc vitam neque
premiu[m], neque p[œ]na esset futura. Ut adeo certissimu[m]
sit; absque Dei cognitione nullum omnino jus naturæ co-
gnosci posse, neque ullam habere vim. Neque tamen
sufficit cognoscere Deum, sed præterea requiritur, ut no-
verimus, Deum illum jus aliquod promulgasse; & præter-
ea velle, ut illo non una aliqua gens, sed omnes orbis in-
colæ, h. e. universus mortalium cætus, obstringatur. Nos-
se non poteris Deum jus aliquod edixisse, nisi ex historia &
testimonio illorum, qui id literis prodiderunt: qui qui-
dem sacri sunt scriptores. Neque porro constare tibi po-
test, quæ Deus universis mortalibus præcepit; quæ uni ali-
cui genti peculiariter, nisi ex monumentis non tantum sa-
cerorum scriptorum, sed profanorum etiam id ipsum hau-
seris. Quæcunque enim Deus Ter Opt. Max. Noachidis
vult servanda mandavit, ea ad omnes orbis g[en]tes pertinere,
unanimes fere divinorum & profanorum scriptorum con-
sensus est; quæ porro in Pentateucho latius explicavit, re-
stituit, & populo Iudaico propria esse noluit, eiusdem
esse autoritatis, ut omnes populos obligarent, omni caret
dubio. Quæ quidem simul quoque ex consensu gentium
profanarum elici, & cum sacris conferri oportet. Ut adeo
consensus gentium quem nonnulli elevare conantur mu-
tum habeat ponderis; præsertim cultiorum. Ut profecto
hac in re summo Grotio æterna gloria debeat, quod ea,
quæ certæ gentes observarunt, fere in unum collegerit o-
mnia. Quamvis enim rationes, quæ de iusto & honesto ne-
scuntur, non sint contemnendæ; eæ tamen nil nisi quan-
dam convenientiam monstrant, nec obligationem ullam
inducunt. Imo non possunt fieri ratiocinationes, nisi ex
certis quibusdam principijs, quæ nisi auctoritatem ab ipso
naturæ auctore habent, indubitata & firma non sunt.

Tan-

Tandem ergo ad revelationem recurrendum; & inde p̄-
tenda principia. Quorum verum & genuinum sensum
tamen fingere sibi nemo debet; sed ut ab omnibus fuisse in-
tellecta & in praxi observata, capere debemus. Quæ co-
gnitio rursus nos ad antiquitatem remittit.

III. Insufficientiam & infirmitatem rationis humane
in hoc jure condendo tum ob multiplicēs & perpetuas fere
mortalium dissensiones, tum etiam potestatis indeque pro-
fluentis obligationis defectum, non tantum nostri, qui re-
velationis lumine fuere collustrati, sed ipsi etiam Gentiles,
hâc luce destituti, cogente necessitate, agnoverunt. Ve-
teres enim Philosophi pleriq; omnes, dum ultimum hominis
inquisiverunt, ad quod demū natus & conditus sit, ad Deū im-
mortalem ejusque voluntatem & sanctionem ascenderunt,
licet vocabulis paulo incommodioribus rem ipsam expref-
serint. Stoicorum certè una mens; ad Deum omnia esse
referenda; licet voces diversæ. Eas compendio recitat Sto-
bezus in *Eclōg.* Τὸ τέλος μὲν Ζήνῳ ἕτως ἀπίδαμο, τὸ ὁμολογουμένως
ἔστι. πῶτο δ' ἄλλοι καὶ ἕτα λόγῳ καὶ συμφωνίᾳ ἔστι. ὡς τῆ μαχομένῳ Ζή-
νῳ κακοδαμονόντων. Οἱ δὲ μὲν ἔτι τοι ποιοῦσθε ἕτως ἕξτεθε-
σεν, ὁμολογουμένως τῇ φύσει ἔστι, ὑπολαβόντες ἅλαθῃ οἷον καταγέ-
σημα τὸ ὑπὸ Ζήνῳ ἔστι. κλέσθης γὰρ πᾶσι ἔστι διαδεχάμενοι
αὐτῶ τῆ αἴρεσιν ποιοῦσθε, τῇ φύσει. ἔστι ἑχέουσα πᾶσι συμφωνίᾳ βα-
λόμενοι πῶσαι, ἑξήντηται τὸν τρόπον ἔστι, Ζῆν καὶ ἑμπειρίας τῆ
φύσει συμβασιόντων. Διογένης δὲ, ἑυλογίας ὡς τῆ τῶν κατὰ φύσιν ἐυ-
λογίᾳ, καὶ ἀπιυλογίᾳ. Ἀρχιδέμου δὲ πᾶσι καθήκοντα διαμελόντες
ἔστι: *Finem Zenonis a edidit, convenienter vivere. quod est, secun-*
dum unam rationem & concordem sibi vivere: quasi animalia,
variantia aut pugnantia infelicitet agant. At qui post secuti, ex-
preste & distinctè magis extulerunt, convenienter natura vivere:
cum censerent minus, quam pro re, Zenonium illud dictum esse.
Ecce Cleanthes primus, cum ejus scētam locumque suscepisset, ad-

Ζησιπ. *Natura.* *Chrysippus* deinde hoc ipsum clarius volens re-
 uerere, ita exiulit: *Vivere secundum peritiam eorum, qua Natura
 adveniunt. Diogenes* porro, *rectam rationem ac iudicium in eo-
 rum, qua secundum naturam sunt, electionis aut rejectionis.* *Ar-
 chedemus* denique, *Vivere omnia officia curans.* *Clementis
 Alexandrinus Stromas.* 11. paulo aliter *Ζῆσιππος ὁ Στωϊκὸς τὸ λό-
 γησαίαι, τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν.* *Κλεάνθης δὲ, τὸ ὁμολογεῖν τῇ Φύσει
 ζῆν, ἐστὶ τὸ εὐλογεῖν ὅ ἐστι τῆ κατὰ Φύσιν ὁλοκληρῆ κίεσις διὰ μέλει.
 ὅ, τι ἀντιπᾶσι τῶ ὁ τῆ γούρμῶ, τὸ τὸ λόγῶ κίεσις ἐστὶ τὸ διακρί-
 νει ἀπὸ περιθῶσις ἐπιλογεῖσθαι μὴ τῶ κατὰ Φύσιν, ἀπικλύεσθαι δὲ τῶ
 πρὸς Φύσιν. ἀρχιδῆμῶ, ἐπιλογεῖσθαι τῶ κατὰ Φύσιν; μέλει καὶ πο-
 ρῶ τῶ, ὅχι οἱ πὸ ὄντι ἐπιτελείνται. Παναίτιῶ, τὸ ζῆν κατὰ τὰς
 δεδομένας ἡμῖν ἐκ Φύσεως ἀφορμὰς. Ποσιδωνίῶ, τὸ ζῆν θωρῶνται τῶ
 τῶ ὄλων ἀλλ' ἀδυνατῶ καὶ τῶ ζῆν. — *Zeno Stoicus Fidem confert, secun-
 dum virtutem vivere. Cleanthes, convenienter Natura vivere,
 in recta ratione ac ratiocinatione, quod in electione eorum; qua
 secundum Naturam sunt, positum arbitratur. Antipater, eius au-
 ditor, in iis qua sunt secundum Naturam assidue, & sine lapsu eli-
 gendis, abiciendis autem contrariis. Archedemus, elegantem
 vivere ea qua secundum Naturam sunt maxima & precipua, nec
 posse eas transire. Panatius, vivere secundum appetitiones infi-
 tas à Naturâ. Posidonius, vivere contemplantem Universorum
 veritatem & ordinem. Zeno itaque convenientiam vitæ
 ultimum iudicavit; scilicet semper sibi constare, idem vel-
 le & idem nolle, non aliter quam communis præcipit na-
 tura; Cleanthes disertius explicat, scilicet. Convenientia
 naturæ; aut naturæ convenientis vitæ. Quæ natura, com-
 munis scilicet, nihil aliud nisi Deus est. Cicero sic reddit;
 in lib. de Senectute. *Naturam, optimam Ducem, tanquam Deum
 sequi, eique parere.* Nec Laërtius aliter; *Φύσιν δὲ χρύσιππος
 μὴν ἔκαστοι, ἢ ἀπολύτως δὲ ζῆν, τὴν κοινὴν, καὶ ἰδίως τὴν ἀπορῶν-
 τῶν. ὁ δὲ κλεάνθης τὴν κοινὴν μόνον ἀπέχεσθαι Φύσιν, ἢ ἀπολύτως δὲ ζῆν.***

Ἰδὲ δὲ τῆς ἀπορίας : *Naturam, cui conformis operari videtur*
Chryssippus exaudis, & communem, & proprie Humanam. Cleantes
autem, solam Communem suscipit, cui parendum sit, non au-
tem hanc Particularem. Cleantes Alexandrinus Strom. 17.
Οἱ Στωϊκοὶ τὸ ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν, τίλος εἶναι ἐδογματίσασιν, τὸν θεὸν
οἷς φύσει μετανομάσαντες, ἀνθρώπους: Stoici secundum Naturam vivere a
Finem esse decreverunt, DEI NOMEN IN NATURAE decere
comparantes. Diserte quoque Epicetus 1. dissert. c. 30. καὶ
τῶν ἀπορίας μὲν ὁ περιγύμνου λόγος τῶν φιλοσόφων, λίαν εἶναι ὀλί-
γος. τὸ δὲ ἴχνησιν ἀπὸ τοῦ ἰσχυροῦ, ὅτι πᾶσι θεῖο τοῦ ποδοῦ θεοῖς: Atque
ipse praecepimus Philosophorum & velut antesignanus sermo, brevis
modum est. Quid enim longum dicere, Finis est, SE QVI
DEVM? Chryssippi verò sententia de ratione propria eod-
dem recidit. Quod Cicero l. 1. offic. manifestò ostendit.
Sic est faciendum, ut contra universam naturam nihil intendamus,
& eà tamen servatà propriam sequamur. Propria autem illa na-
tura in nobis RATIO est. Quid autem ratio est? Seneca
Epist. LXV ait, natura imitationem esse, summum vero bonum
et natura voluntate se gerere, ut ad eò omnia accuratè consen-
tiant. Cicero verò remoto velo, rem, ut est, detegit & edi-
cit lib. 2. de LL. Hanc video sapientissimam fuisse sententiam, le-
gem (intelligit autem naturalem) neque hominum ingenii ex-
sogitatam, neque scitum aliquod esse populorum, sed aeternum quid-
dam, quod universum mundum regeres, imperandi prohibendique
Sapientià. In principem legem illam & ultimam, mentem dice-
bant omnia ratione aut cogentis aut vetantis Dei. Et paulo post.
Nec si regnante Tarquinio nulla erat Roma scripta lex de stupris,
occidit non contra illam legem sempiternam Sextus Tarquinius viam
Lucretia Tricipitini filia attulit. Erat enim ratio profecta à re-
rum natura & adverte faciendum impellens & à delicto avocans,
qua non tum deniq. incipit lex esse, cum scripta est, sed cum orta est.
Orta autem est simul cum mente divina. Quamobrem lex vera

etque Princeps. apertè ad subendam & ad vendendam ratio est vestra
summi Iovis. Idem pluribus confirmat lib. 3. de Rep. Et He-
liodorus.

Τὸν γὰρ ἀσθεύουσιν νόμον διτάζει κρητίον

Legem Homini bus constituit Iuppiter. Seu Naturæ Rector.

Hierocles planissimè declarat, quid sit recta ratio, eique
parere. λόγῳ δὲ ἄρθῳ πείθεται καὶ θεῷ, ταυτὸ δὲ. Τὸ γὰρ λογικὸν
ζῷον ἐπιμοίησασ τῆς οὐρανίας ἐκλάμψεως ταῦτα βύβληται, ἃ ὁ θεὸς ὀ-
ρεῖται νόμον. Κατὰ γὰρ σύμψηφον θεῷ ἢ εἴ θεὸν διακακιστή ψυχῇ, καὶ
περὶ τὸ θεῖον καὶ τὸ λαμπρὸν δὲ πλεόντων περὶ θεῖον, αἰ ἐκπερήθη. *Est
vero idem Rationi recta parere atq. Deo. Natura enim qua ratio-
nis est particeps illuminationem sibi sortita, ea amplectitur, qua
præstavit lex Divina. Nec discrepat à Dei sententia animus qui
secundum Deum se habeat, sed divinitati atq. fulgori (à quo illustra-
natur) intentus ea facit qua facit. Demostheni in oratione
adversus Aristog. naturale jus ἔννεμα καὶ δῶρον θεῷ h. c.
donum & inventum Dei dicitur: Euripidi verò νόμματα θεῶν; In-
tra Deorum. Aristog. lib. 5. Eth. cap. 1. Πῶ δὲ οὐκ εἶναι ἕως ἔχον,
αἰ δὲ θεῖν ὡς. καὶ ὅτι ἄρθῳ τῆς θεῖς ἕως ἕδαμῶς ἀλλως ἔχον. Hoc
vero non ita se habet, sed quodam modo. Quamquam apud Deos
fortè nullo modo se aliter atq. aliter habet. Hoc vult, quamvis
malis mortalium moribus jura murari posse videantur; a-
pud Deos tamen immortales, qui illorum conditores sunt,
adeoque potestatem etiam habent ea mutandi, sunt immu-
tabilia, nec unquam mutantur.*

IX. Idem unanimi consensu prisca patres & recen-
tiores nonnulli Theologorum tradunt. Paucos adducere
placet. Origines lib. 5. adversus Celsum, Naturæ legem vo-
cat eam, quam generi humano Deus sancivit. S. Hiero-
nymus in lib. 8. in Isaiam. Audiant Iudæi, qui se solos legem acco-
pisse Domini gloriantur, quod universæ primum gentes, totaque
orbis Naturalem acciperent legem, ac deinceps postea lex data sit per
Moysem

Mose, qui primus lex dispavit. Quorum sententiam magno numero sequuntur medix ætatis Doctores, & postea scholastici, scilicet: Alexander Aletensis *part. 3. quasi. 26. art. 45.* Thom. 1. *secunde q. 19. art. 2.* Suarez. *de legibus lib. 1. cap. 3. & lib. 2. cap. 6. §. 13. &c.* Ludovicus Molina *Tract. 1. de iustitia & jure disp. 3.* Egregiè præter ceteros Alphonsus de Castro *lib. 2. de lege penali c. 14.* *Ius Naturale est illud, quod ex ipsa Natura Institutione provenit, & hoc est omnibus commune. Es hoc etiam est Ius Divinum, quia Deus ipse, qui Naturam condidit, est juris Naturalis autor & institutor. Si igitur jus illud ad conditorem referas, Divinum dicitur; si vero ad tempus sui ortus illud comparare velis, Naturale dicitur; quia simul cum ipsa oritur Natura & non potest per aliquam sive humanam sive Divinam legem. Cum quibus Icti profus convenient. Ipiè Iustinianus *Inff. de Jure Nat. Gent. & Civil. §. 11.* Sed naturalia quidem jura, quæ apud omnes gentes per æquè observantur, divina quadam providentia constituta semper firma ac immutabilia permanent, ea verò quæ ipsa sibi quæq; civitas constituit, sæpe mutari solent: vel tacito consensu populi, vel alia postea lege lata. Item *l. 1. ff. de Acquir. rer. dom. Antiquius jus gentium (quod naturæ est) cum ipso humano genere proditum esse. Item §. 11. Inff. eod. patam est autem vetustius esse jus naturale, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit. Nec aliter interpretes: quorum unum & alterum saltem audire placet. Fernandus Vasquius *Controvers. Illustr. lib. 1. cap. 29. §. 14.* Omne Jus Naturale, inquit, est Jus Divinum, licet ex diverso non omne Jus Divinum sit Naturale, cum in multis sit supernaturale (quale est in cunctis sacramentis Ecclesie) sicque Jus Divinum & Naturale differant inter se tanquam genus & species. Ioachimus Mynsingerus à Frundeck *in princ. Tit. de jure Nat. Gent. & Civil. §. sed naturalia.* Ius hominum Naturale potest sic rectè definiri. Ius Naturale est quod Natura adeoq; Deus ipse omnes homines in creatione (velut) prima
 qua-**

quidem præcepta & formulas honestatis detulit. Plures addere non placet. Agmen horum claudat Theologus Theodorus V Wolfgangus Frantzius qui in *differt. VII de articulis August. Confess. Theol.* 170. unice naturæ juris fontem Deum agnoscit, cujus verba transcribere placet. *Lex Moralis in Pentateucho Mosaico ex Dei auctoris mente primum aphorismis verè divinis includitur, & mox pluribus legibus pro circumstantiarum varietate dilatur, atq; à Prophetis pro cujusque temporis urgente necessitate ex Spiritus Sancti suggestionibus explicatur & accurrit. Lex inquam illa moralis, qua sola est lex natura, qualis lex natura tam sincera in nullius hominis unius cerebro, aut in nullius gentis & civitatis unius utne amplissima & nobilissima, antiquissimaq; moribus, consuetudine, plebiscitis, senatusconsultis, & similibus invenietur. siquidem ex hac lege Morali & natura, qua in Pentateucho Mosaico extat, reliquæ gentes & civitates alia omnes suarum legum incunabula acceperunt, modo purius & rectius, modo minus purè & rectè, quemadmodum collationes invicem nobis suppedirabunt probationem.*

X. Ex historia etiam tum morum, tum doctrinæ propagatione idem facillimè hæc ratione evinci potest. Tres in universum Philosophiæ eminentes sectas fuisse constat, Barbaricam, Italicam & Græcam, inter quas Barbarica (à græcis sic dicta) antiquissima omnium est, cui originem ipse humani generis parens dedit. Cum enim immortalis Deus hominem creasset, & sui imaginem eidem infudisset, sapientię etiam radios quã ad mores, quã ad doctrinam, ipsi simul immisit. Primus enim mortalium parens Adamus, quem Dei alloquio pariter & præsentia frueretur, & tot nova opera cælo, terrâ, mari aspiceret contemplareturq;, dubium non est, quin varia eaque eximia cognitione fuerit perfusus. Quamvis vero post lapsum multa de claritate illius luminis, quod in priore statu intus lucebat, amiserit; reliquæ

Aquæ tamen, velut ex magno igne scintilla remanserunt,
 atque ex occultæ in fomite ingenij subque cinere sopita:
 Itaque studio & inquisitione excitanda & in flammam ali-
 quam producenda fuerunt. Hac ratione non tantum re-
 rum cognitio, sed morum quoque cultura quasi per ma-
 nus ab Adamo, filijs, interque hos præcipue primogenito
 Setho, tradita est, qui rursus eadem ratione scilicet traditio-
 ne orati propagavit. Quod quidem tum per longævitate[m]
 mortalium commodè fieri potuit. Nihilominus tamen
 cum ex patre audisset, mundum periturum esse, duas co-
 lumnas erexisse Iosephus ait *lib. 1. Antiquit. cap. 3.* lapideam
 unam, alteram latericiam, quibus, quæ præ cæteris notabi-
 lia erant, inscripsit, ne orbis ruinâ simul perirent. Quæ
 ultimam in Syria regione sese superstitem vidisse idem testa-
 tur Iosephus. Eandem curam suscepit postea Noachus,
 quia patre suo Lamecho, qui cum ipso Adamo vixerat,
 multa & potuit & debuit hausisse. Ab hoc jam ejusque stir-
 pe ut omnes populi, ira simul sapientiâ morumque cultu-
 ra fuit diffusa in Chaldaeos, Ægyptios, Æthiopes, Indos,
 Persas, Scythas, Gallos, Celtas, & quicquid aliud alibi ho-
 minum fuit. Ex horum denique scholis, præsertim Ægy-
 ptiorum, reliqui ferè prodierunt omnes, uti communi
 consensu Clemens Alexande. *Sermon. 1.* Augustinus *lib. 8. de*
Civitas. Dei cap. 9. Hieronymus *adversus Iovinianum.* Strabo
lib. 15. Procopius *lib. 2. de bello Vand.* constanter tradunt, ut
 quicquid ullibi sive doctrinæ sive sapientiæ, huic origini
 debeatur; quamvis postea vel mali mores multum pravi-
 tatis, & ignorantia[m] multum erroris & dissensionis invexe-
 rit. Quinimò sectarum studium, contradicendilibido, &
 ambitio multum auxerit.

XI. Ut tandem fore etiam in eam cum multis, & ve-
 teribus, & recentioribus concedamus sententiam, de luce

D

Natu-

Naturæ patrum cognosci posse, aut non nisi in scripturis
 si in auxilium voces revelationem peculiarem summi legi-
 slatoris, à quo jus illud pendet. Tatissimò omnium ex
 sacra pagina peti posse; cum æternæ sit veritatis, quicquid
 sacro codice continetur, haud cum eo pugnare; quamvis
 non statim eo ipso juris naturalis dicendum sit, cum multa
 et etiam supra naturam comprehendantur. Cum eniqz
 ex antedictis clarissimum sit, hujus quidem auctorem De-
 um Maximum esse; certè sequetur, id longè facilius & tutius
 ex voluntatis ejus revelatione immediata cognosci
 posse, quam ex longe petita ratiocinatione, quæ ab erroribus
 tamen non est libera. Suppositis tamen ijs, quæ Deus
 primo orbis tempore vel Adamum viva docuit voce, vel
 postea tabulis lapideis inculpi fecit, vel à Sanctis consultus
 respondit, maximum ratiocinationis humanæ agnosci-
 mus fructum, cujus beneficio jus illud dilatare, & ex illis
 suppositis, jam certis & indubitatjs, similia inde & nobis
 ignota concludere possumus, quæ quidem ratione pleræque
 leges civiles, præsertim Christianorum, nata sunt.

XII. Non unius verò generis naturæ jus esse, seu eo
 non omnes homines indistinctè obligari, verior est sen-
 tentia. Jus enim aliquod esse inter omnes homines, ejus-
 cunque demum sint ætatis, sexus, vel ordinis, nemo forte
 negat; & illud est id, quod vulgò tantum vocatur naturæ.
 De quo Aristoteles *lib. 8. Eth. cap. 13.* Cum ostendisset inter
 Dominum & servum, quatenus talem, nullum esse, ut po-
 tèe cuius instrumentum tantum quoddam sit, cui cum arti-
 fice suo nihil intercedit juris, esse tamen aliquod jus, qua-
 tenus servus homo sit, sic subjicit. ἡ μὲν ἐν δούλῳ, ὥς ἐν φίλῳ
 πρὸς ἀπὸν. ἡ δ' ἀδραντ. δοῦν γὰρ εἶναι τι δικαίον παρὶ ἀδραντ
 πρὸς πᾶσι τὸν διωτάμοισι κοινωῆσαι νόμῳ καὶ ἡμῶν δικῆ. Καὶ φίλος
 δὲ, καὶ ἴσον ἀδραντ. ἡμῶν εἶναι ἐν ἐομοδῶν εἶναι, ὡς γὰρ ἴ-
 σον

*psim amicitia non est: in eo quod homo, est: quippe cum quisvis
 homini jus quoddam effundatur erga unumquemque, qui cum
 ipso legitur, ac faderi esse participi patet, & amicitia opitur oris,
 quatenus homo est. Cui Florentinus Cuius in d. ff. de last. &
 Jure suffragatur, dum ait; Hoc jure. (quatenus is gentium in-
 telligit, revera tamen naturæ est, & in libris Iustiniæcis
 sæpe cum eo confunditur) evenit, ut quod quisque ab tutelam
 corporis sui fecerit, jure fecisse existimatur, & cum inter nos co-
 gnationem quandam natura constituit, consequens est, hominem
 homini insidiari nefas esse. A quo diversum est, quod inter
 patres & liberos intercedit. Neque enim ex Morali sancti-
 one Dei nostri omnibus hominibus ea debemus, quæ no-
 stris parentibus, nec eisdem, quæ nostris liberis. Atque
 adeo nemo hoc obligari poterit, nisi pater, nisi filius aut
 filia sit. Nec cum hoc convenit, quod inter dominum &
 servum obtinet; neque quod inter maritum & uxorem;
 neque quod inter ejusdem Reip. cives. Hæc omnia inter
 se diversa sunt: diversarum obligationum & affectionum,
 ad quas nemo astringitur, nisi talis conditionis, vel ordi-
 nis sit. Qui saltem neque unquam duxerit uxorem, adeoq;
 neque liberos suscepit, neque servos alios profecto ab illo-
 rum juriū potestate & vi, quibus mariti, parentes & Do-
 mini astringuntur, exemptus est. Quod quidem Aristote-
 les diserte pluribus in locis inculcat. lib. 5. Eth. cap. 10. xò δὲ
 δευτεροῦν δίκαιον καὶ τὸ κατεργασθῆναι, ἢ πρὸς τὸ γέναις, αἰδῶ ὁμοίον ἢ γὰρ
 δευτεροῦν αἰδία πρὸς τὰ αὐτὰ ἀπλῶς. At vero herile jus ac paternum i-
 dem cum his minimè est, sed simile, nullius enim erga sua simpli-
 citer injusticia est. Πανὸ ὁ ποστὶ ἀπὸ μάλιστα πρὸς γυναῖκα δὲ ἀδικαι-
 οῦν ἢ πρὸς τέκνα καὶ κτήματα. καὶ τὸ γὰρ δὲ τὸ ἀδικαιουμένον δίκαιον. Id-
 circo magis erga uxorem, quam liberos & possessiones jus est; id e-
 nitius est jus familiare: Longè disertius lib. 8. Eth. c. 8. Ἰσοεισὶ δὲ
 εἰ φιλικὸν εἶδος, τὸ κατὰ ὑπεροχῆν ἢ κατὰ πρᾶξιν πρὸς γόνι, καὶ ὄντι.*

αὐτὸν βούλομαι εἰς τὸν οὐρανόν, ἀλλ' ἔστι πρὸς γυναικῶν, καὶ τῶν ἀγαθῶν
 πρὸς δεχομένων. διαφέρει δὲ αὐτὰ καὶ ἀπὸ ἑλπίου. ἢ γὰρ ἡ ἀνὰ γυναικῶν
 πρὸς πάντα, καὶ ἀρχαίως πρὸς δεχομένους, ἀλλ' ἂν πρὸς τοὺς υἱοὺς καὶ
 ἡμῶν πρὸς πατέρας. ἢ ἀπὸ πρὸς γυναικῶν, καὶ γυναικῶν πρὸς ἀνδρά-
 ῖντες γὰρ ἐκαστὸν τῶν δεχομένων. καὶ τὸ ἕρως ἀπερὶ καὶ δὴ αὐτὸν Φιλίαν. ἢ
 πρὸς υἱὸν καὶ αἰ Φιλίαν, καὶ αἰ Φιλίαν. πρὸ αὐτῶν μὲν ὄντων γέγονται ἀνα-
 ἄρως πρὸς ἑαυτὴν, ὑπὸ δὲ ἑρῶν. ἔστι δὲ γὰρ οὐκ ἔστιν ἕρως ἀπὸ τῆς αἰ-
 πρὸς γενήσεως γυναικῶν ἀπὸ τῶν πατέρων μίσην. ἢ ἢ πρὸς πᾶσι καὶ
 ἀπὸ τῆς ἑρῶν Φιλία. *Amicitia est amicitia speciet ex supererenti-*
mentia: ut patris erga filium, & denique senioris erga juniorum, & vi-
ri erga uxorem, & principis omnium erga subditos. Sed haec inter se et-
iam differunt. non omnia eadem sunt parentibus erga liberos, & prin-
cipibus erga subditos: verum neq. patris erga filium, & filio erga
patrem, neq. viri erga uxorem, & uxoris erga virum; diuersa enim
amicitia, hoc καὶ ἄλλοι, διὸ ἕρως καὶ ἕρως est: diuersa item ea ob-
quae amicitia: ἀπὸ ἑρῶν ἕρως etiam amores & amicitia erunt, atque
eadem quidem ἕρως, ab alio, neq. exhibentur, neq. sunt requi-
renda: sed cum parentibus liberos ea tribuunt, quae debentur eis, quae
generantur, & parentibus si quae, quae filio exhiberi debent: stabili-
tatem ac bona amicitia est. Fit hic quidem in locis Aristote-
licis saltem mentio amicitiae; verum eo ipso quoque iudic-
catur jus. Apud Philosophum enim certissimum est, ut
ubi cumque sit amicitia, ibi jus, ut solidissimo ostendit lib. 8.
Eth. cap. 11. Et rursus, ubi jus, ibi amicitia, adeo ut par-
gradu ambulationem in eoque se retro commences, nisi infra o-
stenderetur.

XIII. Verum relictis jam a suis illis speciebus juris na-
 turalis, tantum jam quidem investigare placet, quod dnas
 naturaliter inter patrem & filium obstat. Quae quidem
 fini prolixè de jure naturae futurus praefati, num scilicet a-
 liquid detur, non obstantibus veterum objectionibus; de
 si detur, unde sit hauriendum. Neque de eo, quod inter
 Patrem

Patrem & filium naturaliter intercedit, quicquam certi dicere potuissent, nisi questionibus hinc prius fuisset satisfactum. Si enim nullum naturæ datur, neque inter hos erit. Et verò ut omnia naturæ jura à Deo originem habere antea probavimus; ita nostram quoque, quod jam quaerimus, aliam originem agnoscere non potest. Ex hoc enim fonte haustum gentes id dilatant, prolixius explicant, & modò additis, modò detrahis nonnullis puritatem ejus inquinant. Nos missis alijs speciebus, ex Sacro Codice, scriptis Philosophorum, jure Romano, Attico, Canonico, quin etiam aliarum gentium sanctionibus, inquiremus, quid naturaliter inter patrem & filios justum sit. Neque hic excludens ratiocinationem, sed ratiocinationis usum, quem alij solum fontem hujus juris agnoscunt, sed positis firmis principijs, quorum ipse Deus auctor est, exinde nostras conclusiones deducemus. Quum verò pater alius sit à filio, & hic rursus à patre, alia quoque necessario erunt quæ patri debeantur à filio, & rursus alia, quæ filio à patre, uti clarissime ostendit Aristoteles *lib. 8. Eth. cap. 8.* quem paulo ante integrum transcripsimus. De priori prius agemus, scilicet: quæ parentes debeant filiis.

XIV. Verò ab ijs, quibus hæc res omnis incumbit, ordiamur principijs, non tantum ex sacro Codice certum est; Homines à Deo Ter Op. Max. productos esse materem & feminam, in hunc finem, ut eorum cohabitatione genus humanum multiplicaretur, propagaretur, & conservaretur; verum etiam omnium sapientum gentilium testimonijs clarissimum est. Quum enim sex diebus coelos & terram condidisset, omnibusque non tantum animantium generibus terram mareque instruxisset, sed sole, luna, & reliquis astris ornasset, adeoque domicilium hominis omnibus numeris absolutum splendide preparasset, *creavit,*

ait Moses, *Gen. 1. vers. 27. hominem, marem & feminam creavit eos Gen. 1. v. 27. quam ei dedit in adjutorium simile.* Adjutorium verò illud de nullà alia re quam generatione Deum Ter Opt. Maximum intellexisse B. Augustinus arbitratur *lib. 9. de Genesi ad lit. c. 3 & 4.* Ad reliqua enim omnia, quacunque vel necessitas vel commoditas requirit, magis vir à viro alio, quam à muliere adjuvari potuisset. verba Augustini hæc sunt; *Si queritur ad quam rem fieri oportuerit hoc adjutorium, nihil aliud probabiliter occurrit, quam propter filios procreandos: sicut adjutorium semini terra est, ut virgultum ex xerog. nascatur: hoc enim & in prima verum conditione dictum erat, Masculum & feminam fecit eos Deus dicens, Crescite & multiplicamini & implete terram. Quæ ratio conditionis, & conjunctionis masculi & feminae arg. benedictio Dei nec post peccatum hominis, penamq. defecit. Aut si ad hoc adjutorium gignendi filios non est facta mulier viro, ad quod ergo adjutorium facta est? Si ut simul operaretur terram, nondum erat labor, ut adjumento viri indigeret: & si opus esset, mellus adjutorium masculi fieret, hoc & desolato dici potest ista solitudinis foretasse videbat, quanto epim congruentius ad convivendum & colloquendum duo amici pariter, quam vir & mulier habitarent? Quam sententiam paulo post insequuta benedictio, nempe *Crescite & multiplicamini*, evidenter confirmat. Idem gentiles: ne alios audire opus sit, solam audimus Aristotelem, qui in eo accuratè cum Mose convenit, quod, quemadmodum primus quidem, quod de negotijs hominù tradit, maritalis eorum conjunctio est, ita quod, ab hac orditur *lib. 1. Pol. c. 2. εἰ δὴ πρὸς τὴν δεξιῆς τῆς ἀριστερῆς. Φάρμακα βλάβειν, ὡς αὐτὸ ἐν ταῖς ἀλλοῖς, καὶ ἐν ταῖς τοῖς, καὶ ἰδίως ἀνὴτα φερῆσαι. ἀνάγκη δὴ πρώτου συνδυάζειν τοὺς ἀνὴ ἀλλήλων μὴ διωγμένους εἶναι. αἰὼν ἦλυ (μὲν) καὶ ἄρρη τῆς γυναικὸς εἶναι, καὶ πῦρο σὺν τῷ ἀργαίρετος; ἀλλ' αἰὼς καὶ ἐν ταῖς ἀλλοῖς ζώας καὶ φύλεις φυσικὸὶ εἰς φιλίας, ἢ ἢ ἀλλοῖς καὶ ἄλλοις καὶ ἄλλοις εἶναι.**

*Quod si quis igitur ab initio rerum originem inspiciat, ut in aliis
suo & in istis optime discernet. Primum igitur necesse est combina-
re illos, qui non possunt esse nisi simul, cum marem & feminam ge-
nerationis causa. Et hoc non ex electione, sed velut in ceteris a-
nimalibus & plantis naturale est desiderium, quale ipsum est, tale
alterum relinquendi. Hoc scilicet vult: quemadmodum
reliquis animantibus & stirpibus à natura (intellige naturæ
autorem Deum) impressa est vis fatificandi, seque multi-
plicandi; ita quoque homini; quod quidem discrete quoque
tradit Moses. Certum itaque esto, naturæ autorem femi-
nam & marem ideò conjunxisse, eorumque conjunctio-
nem ideò sanxisse, ut prole, quam generarent, augetur
& conservetur genus humanum, quæ quidem immobilis
lex est omnes omninò obligans homines à summo lata le-
gislatore.*

XV. Quicumque itaque matres & feminae conjun-
guntur, novetint ex primæva legislatoris nostri sanctione
se obstrictos esse ad generandam sobolem, quantum qui-
dem in ipsis est; adeoque eandem impedire non possunt;
nisi contra æternum hoc decretum, adeoque primævum
naturæ jus agere velint. Firma enim collectio est; Quic-
quid repugnat primævæ institutioni naturæ seu naturæ au-
toris, ejusque serivæ voluntati, quâ omnes homines, qui ita
conjunguntur, obstringi voluit, illud est contra jus natu-
ræ, & non sine gravi piaculo ab hominibus committi po-
test. Atqui fatum, qui conceptus est, spesque est cum vi-
vere & perfectum fore, abigere, repugnat illi institutioni.
Ergo apparet fatum abigere, seu abortum procurare, con-
tra jus naturæ esse. Quod quidem divini Codicis interpre-
tes uno ore concedant omnes; nec ex dicta ratione aliter
possunt. Philo Iudæus lib. de Special. legibus eleganter ita dis-
serit: *Quod si quis rixando* (alludit autem ad legem, quæ ha-
betur

Verus Exod. 21. vers. 12.) cum muliere gravida pugnas in venenum
 inflixeris, ita ut abortus sequatur. si abortivum informe fuerit,
 mulctetur, tum propter violentiam, tum quia fuit impedimentum
 naturæ exorsa opificium hominis, animalis pulcherrimi; Quod si
 formatus fuerit absolute membra & in ordinem digesta habuerit,
 moriatur percussor, jã enim et at homo, qui in natura officina inter-
 emptus est, nondum ab ea prolatus in lucem; semel ista via latenti
 apud filiiorem suam, & nihil aliud expectanti, quam dum liber ad
 illi spectandam proponere populo. Quod si in alijs, qui paren-
 tes non sunt, tantopere scelus fuit vindicatum, quam a-
 trox erit ipsorum parentum? Rectè subjicit Philo; exposi-
 tionem ipsarum a Parentibus factam summum esse cri-
 men, licet ab alijs tollantur & alantur. Hoc beneficium, ait,
 quid aliud est quam parentum ipsorum condemnatio? siquidem ex-
 seri faciunt horum officium, parentes verò ne eam quidem curam
 matris impendant, quam exeri, immensum igitur quanto magis ex-
 postriane infantem vestitam innuis, qui autari abortus infligit pa-
 nam capitis, si fetus jam formatus et at in utero. Distinctio ta-
 men illa Philonis, an factus perfectus, an non, communi
 Rabbiorum scholæ recepta est, ut Maimonides testatur
 in lib. de fund. Legis & Chodal VVemazik cap. 4. Josephus
 Judaic. Antiquis. Scriptoz lib. 2. adversus Appionem mortis præ-
 nam mulieribus olim imminuisse ait, si factum ullaratione ex-
 tinxissent. ἀπειρήσθησαν ὅτι ἐν τῷ ὄνοματι, καὶ γυναικῶν ἀπίπην ματ'
 ἀμφιβόλῳ ποτὲ ἐν τῷ τῶν αὐτῆς, μήτε διαφθίρειν ἀλλὰ μήκαρ τι-
 νι ποσὲ πιδαι αὐτῶ. πικροκτοῖν γὰρ ἀνείν ψυχὴν ἀφαιρῶσα καὶ τὸ
 γὰρ ἰλατῆσαι. Univerſis autem mulieribus interdixit vel celare
 quod natum esset, vel aliâ machinatione corrumpere filios. Infan-
 ticida enim esset animas demoliens & genus imminuens. Ex eo-
 dem Eusebius lib. 8. cap. 8. preparat Evangel. ἀναγῆσθαι ἀ-
 πειρήσθησαν καὶ γυναικῶν ἀπίπην ματ' ἀμῆλιν τὸ σπυρῖν, μήτε
 διαφθίρειν. ἀλλ' ἢ φαιρῶν, πικροκτοῖν ἀνείν, ψυχὴν ἀφαιρῶσα
 καὶ τὸ

*καὶ τὸ γένος ἀλάττωσιν. Liberos quosquis susceptum erit, educa-
 ri iussit. Vetuit autem, ne qua mulier abortivum sibi faceret fa-
 tum aliquem, aut susceptum semen ejiceret, aut extingueret. Qua
 secus faxit, infanticida seu liberorum interfectrix est, usque qua
 vitam abigat, & generis propagationem minuat. Rationes, qua-
 re tale quid fuerit veritum, simul patent. A quo tamen ju-
 re per multæ gentes abijisse videntur, certè illæ omnes, qui-
 bus fas fuit liberos natos exponere vel occidere, de qui-
 bus post prolixè dicetur. Aristoteles, utut in plerisq; cum
 divino jure consentire videatur, hic tamen etiam nonni-
 hil delectat lib. VII. Polit. cap. 16. ita ait : ἀπὸ δὲ ἀποφύσεως καὶ
 προφῆς τῶν γιγνομένων, ἴσω νόμῳ, μηδὲν ἀπιηρωμένοι τρέφειν. διὰ δὲ
 πλῆθους αἰώνων, ἴσως ἢ τάξιν τῶν ἰθῶν κωλύει, μηδὲν ἀποτίθεσθαι τῶν
 γιγνομένων. ὠρῶσαι γὰρ δεῖ τῆς πικροποιίας τὸ πλῆθος. ἴσως δὲ ποὶ γί-
 γνηται ἄρα ταῦτα συνδυαθέντων περὶ αἰσθησὶν ἐγγείσθαι καὶ ζῶν, ἰμ-
 πιεῖσθαι δὲ τὴν ἀμβλωσίν. τὸ γὰρ ὅσοι καὶ τὸ μὴ, δὲ αἰσθησόμενοι τῇ αἰ-
 σθήσει καὶ τὸ ζῆν ἔσται. Circa expositionem autem vel educationem
 filiorum lex sit, nihil orbatum naturæ fore educandum. In aliis ve-
 rò, si mores institutioque civitatis prohibeant natos exponere, ac
 multitudo tanta prolis alicui contigerit, ut duplicatus sit filiorum
 numerus (nam is definitus esse debet) ad multitudinem nimiam et
 vitandam antevenire oportet, ut non concipiantur. Nam post-
 quam concepti sunt, & sensum aut vitam acceperint, nefas est at-
 tingere eos. Mutuatos fetus licitè exponi posse arbitratur;
 perfectos non item; si verò crescente civium multitudine
 & hominum numerus secundum mores civitatis minuen-
 dus sit, tolerabilius credit abortum procurare, antequam
 fetus vivere incipiat. Adeoque simpliciter is non probat,
 neque stante jure naturæ, probare potest. A qua sententiâ
 abhorruerunt omni tempore Romani, etiam adhuc gen-
 tiles. Qui abortionis, ait Paulus I Ctus l. 38. §. 5. ff. de penis, aut
 amplexoribus poculum dans, etsi dolo non faciant; tamen quia mali*

exemplares est, humiliores in metallum, honestiores in insulam dimissa parte bonorum relegantur. quod si eo mulier, aut homo pariaris, summo supplicio adficiuntur. Qui fere rigidiores hujus criminis vindices, quam ipsi Iudæi. Si mulier suum proprium partum abigat, exilio multabatur l. 4. ff. de Extraord. Crim. Divus Severus & Antoninus rescripserunt, eam qua, data opera abegit, à præfide in temporale exitium dandam, indignitatem videri potest, impune eam maritum liberis fraudasse. Quam pœnam etiam Carolina Nemesis in artic. cxxxix usque ad ultimum supplicium extendit, si fœtus fuit vivens; si verò nondum vixerit, pœna ordinata sufficit. Ut ad eò hac in re, & Romana jura, & sanctiones Imperiales æternum illud naturæ jus sequantur.

XVI. Fœtum usque ad nativitatis tempus integrum conservare, juris naturæ esse vidimus; natum suum agnoscere, curam ejus suscipere, eundemque fovere, ejusdem est juris. Quod quidem ex nostra hypothese evidentissimè probari potest. Quodcunque impedit multiplicationem generis humani, quam Deus & natura intendunt, id ipsum est contra jus naturæ. Atqui fœtum suum non agnoscere, ejus curam non habere, eundemque non fovere & tueri, impedit humani generis multiplicationem. Ergo. De majore res est manifestissima: nec minor obscura esse potest. Quamvis enim summâ curâ partum ventre incluserunt custodire; natum tamen non agnosceres; ejusque tutelam pariter & curam non susciperes, sed eum abjiceres & exponeres, nullo modo voluntati naturæ, nempe multiplicationi humani generis satisfaceret. Omnes enim statim interirent, nisi summâ curâ à parentibus foverentur. Qua quidem in re instinctum naturalem cum brutis ferè habent communem, quem naturæ autor impressit, ut soliboles suscepta, conservetur; cui qui repugnant, jam illi

con-

contra jus, imò ipsam naturam stare videntur, adeoque
 ingenti se obstringere scelere. Quapropter firmiter con-
 cludimus; abjectionem & expositionem infantum esse
 contra jus naturæ; omnesque gentes, quæ eam admis-
 runt, ab eo discessisse, atque adeo Deum, Legis illius Au-
 torem, gravissimè offendisse. Ex Judæis unicum audie-
 mus Philonem, qui, ut solet, satis gravi oratione atroci-
 tatem sceleris describit. Cum græca ad manum non sint,
 locusque prolixus sit, latina saltim ascribere placet. *Hæc
 lex, scilicet quæ habetur Exodi 21. vers. 12. etiam gravius quid-
 dam prohibet, expositionem infantum; quæ apud multas gentes
 propter naturam inhumanitatem vulgaris est impietas. nam si pro-
 spiciendum est, ne ante præfixum natiuitatis tempus vim perian-
 tar in utero, quando magis conservandi sunt jam editi & quasi no-
 velli coloni ascriptis cæteris hominibus, ut una fruantur natura do-
 nis, quæ in terra, aqua, aère, calo proveniunt, cælestia contem-
 plationi & spectaculo, terrestria vero ut usibus serviant, & expla-
 ant omnium sensuum desideria: menti quoq; famulentur tanquam
 regi magno per cœlestem sensus seu satellites: aut eorum sine horum
 ministerio, dumtaxat in his, quæcumq; solâ ratione possunt percipi.*
 Abjectio grandius est scelus expositione. Qui enim abji-
 cit infantem eò, ubi non potest non mori, ab infanticida
 non differt. Recte Philo: *Certe homicida infanticidaq; sunt
 manifestarij, siue scelus id peragunt suis manibus immamiter eli-
 dendo præfocandove recentem spiritum; aut in flumen mareve
 propiciendo è sublimi, quò celerius mergatur ac profundius; Mor-
 tem enim ipsis accelerant.* Expositio porrò non unius est
 generis. Aut enim in ejusmodi loco exponitur, ubi nemo
 facile iter facit, sed potius præsens à feris vel tempestate,
 aqua puta, aut alio quovis casu, periculum vitæ est; certè
 quamvis forte non nihil differant ab ijs, qui manibus suis
 miseris vitam eripiunt, tamen in eadem ferè culpa sunt.

Stve in deserta, pergit Philo, loca de portatōs exponunt, ut ipse a-
junt non desperantes de salute, sed revera ut abjecti miserius inter-
eant. nam quacūq; fera carnes humanas expetunt, accurrunt, &
avidē fruuntur belluū opulīs objectis sibi à parentibus, qui soli au-
pricipui curatores infantis esse debuerant: atq; etiam reliquias eo-
rum carpunt alites carnivorā, si serius veniant. Si verò expo-
sitio fiat in loco tuto, infante etiam ita involato & faicia-
to, ut haud facile neque perire, neque membro aliquo læ-
di possit; crimen quidem est non exiguum, sed tamen mi-
nus vel abjectione, vel expositione periculosā. Occidere
quidem nolunt; sed tamen non alere; Qui autem occidit,
duplex scelus committit, & non alit, quem alere debet, &
simul occidit. Non verò alere suum infantem contra jus
naturæ est; ut infra dicemus. Abjectio itaque, tum peri-
culosa, tum tutior illa pugnat cum jure naturæ, sed quo-
niam alterum altero crimen est horribilius, ita quoque in
Rep. Iudæicæ & Romanæ diversi horum gradus pænæ. Ex
hoc fonte prudentissimi Romani hausertunt, quæ in suam
Remp. sapientissimè introduxerunt. Noluertunt eam co-
crimine, quod eum ipsa natura pugnat, pöllti; quamvis
per multæ gentes se eo inquinârunt. Sub gravi enim pænâ
expositionem vetuerunt, ut ex aliquot Romani juris vesti-
gijs apparet, quæ congerere non est operæ pretium; cum
totus Tit. de Infantibus Expositis rem clare demonstrat. Ex
Novella taorē cLIII Iustiniani non possumus non nonnulla
transcribere. Crimen, ait à sensu humano alienum, (intelli-
git autem expositionem infantum) & quod ne ab ullis quidem
barbaris admitti credibile est, Dei amatiss. Theffalonicensis Ec-
clesia apocrisarius Andreas ad nos retulit, quod quidem vix ex
uero progressos infantes abjiciant, inq; sanctis eos relinquunt ec-
clesiis. Ait à sensu humano alienum esse; recte, revera e-
nim cum instinctu illo, quem naturæ Autor ad conservan-
dam

dam sobolem omnibus animantibus communem insevit; pugnāt. Quod autem ait, vix à Barbatis admitti; id e- quidem historiarum annalibus adversatur. Notum enim est vel cultiores populos, certè qui se tales crediderunt, hãc tabe fuisse infectos. Paulo post: æquum sane erat, ut quita- lia perpetrarent; vindictam, quæ proficiscitur ex legibus, non effu- gerent; sed quo magis alij exemplo horum temperatiores fierent, extremis penis subicerentur: ut qui per actionis impudentiam sua detulerint flagitia, id quod impostero custodire jubemus. Cui conformis quoque est articulus cxxxii Constit. Carol. ubi pœna capitalis quoque ei infligitur, qui quæve in loco pe- riculoso exposuit, ubi perijt, mitior tamen ubi in tutiori. Verùm sufficit monstrasse hoc scelus Romanos graviter ef- se detestatos.

XVII. A quorum sanctitate & morum integritate quam longissimè abierunt Athenienses, quibus licitum e- rat non tam moribus, quam lege, infantes exponere. Ari- stoteles expositionem quæ isem non abnuebat; sed nil, nisi mutilum exponi volebat: Athenienses indistinctè & inte- grum & *καταπαιέρον* abjici concedebant. Hinc passim a- pud Comicos, sive Græcos, sive Latinos in palliatis fabu- lis suis, in quibus mores Atticos repræsentant, infantum expositiones, ut in Heurontimorum eno Terentij sive Me- nandri *Actu IV Sæva 1.* ex emendatione viri summi:

SO. *Meministi in esse gravidam, & michi se maximo opere di- cere,*

Si puellam parerem, nolle tolli? CH. Scio quid feceris:

Sustulisti. SO. Sic est factum. CH. Domin? ST. Ergo herus damno anctus est.

SO. *Minime: sed erat hic Corinthia anus haud impura; ei dedi.*

Exponendam.

Ita apud Aristophanem Ranis de OEdipo, non è Thebano-
rum instituto, quod plane huic adversabatur. ut est apud
Ælianum Var. Libro II. cap. VII. νόμος ἄριστος θεβαίικος ὁρθῶς
ἄμα καὶ φιλασθραῶπως κείμενος ἐν τοῖς μάλασι. ὅτι ὅσα ἔχουσιν αὐτοὶ
θεβαίικα ἐκθῆναι παιδίων, καὶ εἰς ἐρημίαν αὐτὸ ῥίψαι, θάταθον αὐτῶν καὶ
ψηφισάμενος, sed pro Atheniensium more: ὅτι δὴ πρώτων μὲν
αὐτὸν γαίόμενος

χειμῶν ὅθεν ἐξέθισον ἐν ὄσσηναι

Scholias: ἐπι ἐν χυτράς ἐξετίθισαι πρὸ παιδία. Unde in-
fantes exponere χυτρίζον dixerunt. Atque hoc in recens nar-
tos infantes patrum Atheniensium jus atque potestas erat.
Quod quidem scelus mustras ob causas non est tolerandum.
Præterquam enim quod pugnet cum ipso jure naturæ; in-
fantibus denegat alimenta, quæ tamen ipsis jure naturæ de-
bentur, ut paulo post dicam; in alios laborem educandi
devolvit, quod magnæ est injustitiæ; prætereaque educa-
tionem, sine qua homo bruto animante longe pejor est,
rollit, adeoque Remp. varijs afficit incommodis; & pro-
inde non immerito punienda. Quæ autem pæna infligi
debeat, Majestatis civilis est determinare. Neque quorun-
dam gentilium argumentum quicquam habet ponderis;
quod fætus, præsertim in utero existens, sit pars matris etiam
conjuncta; patris verò sejuncta, & matris etiam post par-
tum; jam cuiuslibet liberum sui aliquam partem abjicere,
aut mutilare, scilicet hæc concludendi ratione. Quodcun-
que pars est alicujus id liberrimo arbitrio ab ipso abscon-
di, mutilari & abjici potest: Atqui liberi sunt partes. Ergo.
De minore nemo dubitaverit, etiam si physicè rem confi-
deraveris, τὸ δὲ κτήμα, ait Aristoteles lib. 5. Eth. cap. 10. καὶ τὸ
παιδίον ὡς αὐτὸ ἢ παλίκον, καὶ μὴ χωρὶς αὐτῶν μέρους αὐτῶν. Possessio
autem & liberi, quoad antuli fuerint & non separati, quasi qua-
dam unus cuiusque sunt. Verum major simpliciter ita dicta, ut
ea pro-

ea profertur, nec sic quidem est vera. In eo enim omnes
 & Sacri Codicis interpretes & multi gentilium, (quamvis
 Stoici sint excipiendi) consentiunt, nemini licere sibi ipsi
 manus inferre violentas, adeoque tollere illas partes, sine
 quibus vivere non potest. Nam verba illa, quæ habentur
Gen. 9. vers. 5. AT SANGVINEM VESTRVM, DE ANI-
MABVS VESTRIS REQVIRAM. communiter Rabbi
 interpretantur de cæde sui, ut Maimonides halach. Kot-
 zach *cap. 2.* Quamvis vulgata lectio *sanguinem enim anima-*
rum vestrarum requiram de manu tunciarum bestiarum, plures,
 præsertim scholasticos doctores, in aliam induxerit senten-
 tiam. Interim hæc, quam ante dixi, interpretatio, quam
 optimè textui convenit. Nihilominus tamen, licet tex-
 tum illum sic non accipiant, plerique in hac sunt sententia,
 neminem in membra & vitam suam habere potestatem;
 ut disertè docet Thomas *2. secunda quest. 64. art. 5.* alijque
 permulti, quos vide apud justitiæ & juris Doctores mora-
 les plurimos. Plura quoque hujus sententiæ congeffit
 Annibal Fabrottus Ictus ex Olympiodori commentarijs
 M. S. in Platonis Phædonem. Imò gentiles agnoverunt.
 Aristot. *lib. 3. Eth. 6. 5.* ὁ δὲ δι' ὀργὴν αὐτὸν σφάτῃν, ἐκὼν τὸ τοιοῦτον
 τὸν ὀργὴν λόγον, ὅσα ἐὰν ὁ νόμος ἀδικεῖ ἀρετὰ καὶ ἢ τῆς
 πόλις, αὐτὸν δὲ ἔκων γὰρ πάσχει. ἀδικεῖται δ' ἕνεκεν ἐκὼν. διὸ καὶ ἡ πό-
 λις ζημιῶν καὶ πέναντια ποιεῖται τὰ αὐτὸν διαφείροντι, ὡς τὴν πόλιν
 ἀδικεῖται. *at qui ob iram seipsum jugulat, sponte præter rectam le-*
gem id agit, quod lex non permittit: injuriam igitur facit, sed cui?
civitati nimirum, non sibi: quippe qui sponte patiatur: nemo vero
sponte injuria afficitur. Vnde etiam ipsum civitatem mulctat: eiq;
qui seipsum necavit quasi civitatem injuria affecerit, ignominia
quædam irrogatur. Quibus præmissis facile ad majorem re-
spondetur; nempe. Quodcunque pars est, illud licitò à
nobis tolli & abjici potest. Atqui caput, cor, ventriculus,
gula,

gula, sunt partes; Ergo licitè à nobis possunt tolli. **Con-**
clusio hæc absurda est: quia his sublati homo ne vivere
 quidem potest: at se ipsum interficere non potest salvo na-
 turæ jure. E. neque has partes potest. Corruit itaque uni-
 versalitas majoris. Neque tantum non licet has principa-
 les auferre; sed neque minus principales, uti pedes, bra-
 chium, manus &c. Quia & harum mutilatio, quæ sine cau-
 sa & summa necessitate fit, jure naturæ prohibita. E. & ha-
 rum respectu iterum major vacillat. Si verò concesseris
 eam, ut prolata est; sed ita limitaveris, quicquid pars est
 corporis nostri organica & conjuncta, ita, ut perpetuò cor-
 pori adhæreat; & in usum ejus producta, ea tolli potest;
 quæ tamen neque ipsa vera est: Nihilominus tamen id,
 quod volunt nonnulli gentiles, non evincunt. Neque e-
 nim fætus pars corporis materni est organica, in hunc u-
 sum producta, ut corpori inserviat; sed potius corpus ma-
 ternum propter fætum illum generandum est, adeoque in
 ejus usum à natura productum, absque quo si fuisset, fortè
 Deus Ter Opt. Max. naturæ autor mulierem, non produ-
 xisset, uti suprà audivimus ex B. Augustino. Quapropter
 argumento, quod diximus, gentiliū Expositio aut abje-
 ctio infantum defendi non potest. Eadem ferè ad ejus so-
 lutionem affert Philo Iudæus in l. b. de Leg. Special. *Quamvis*
infantem tantisper dum à matrice clauditur, partem matris ajunt
scrutatores naturalis Philosophia, cumq; his medicorum probatissi-
mi, qui paraturam hominis inspexerunt, non formam solum, verum
etiam dissectis corporibus, ne quid ejus ignoratum in curandis mor-
bis afferret causam ingentis periculi. hanc concretionem parvus se-
cernit, absolvens animal, ita ut nil ei desit eorum, quæ natura hu-
mana postulat: proinde sine controversia homicida est, quisquis in-
fantem interimat, atq; non obstante, cum lex vindicet injuriam
illatam generi. Reverà enim jam tum homo est, si vivit; cor-
pore

pore enim & anima rationali jam tum infusa gaudet, quæ
 hominem absolvunt; adeoque sub generali Interdicto ho-
 micidij simul comprehenditur. Imò credit Philo ejus-
 modi homicidium, in infante commissum gravius esse,
 quam in homine adulto; eo quod sint innocentissimi & ne-
 minem unquam vel verbo, vel facto læserint. *Attamen, ait,
 si etatis quoq; rationem haberi placet, majorem indignationem in-
 fanticida mereri videtur; nam perfecta etas multis modis irrita
 offenditq;: infanzibus verò tum recens in lucem ac vitam editis ne
 falsum quidem crimen licet objicere, propter summam eorum inno-
 centiam, ideo sevisissimi omnium & immanissimi judicandi sunt, qui
 his struunt perniciem, meritò capitalem panam daturi legibus,
 Cum quo Iustinianus imperator fere convenit Nov. CLIII,
 cap. 1. Qui omni inhumanitate (loquitur de ejusmodi expo-
 nentibus) & crudelitate referti sunt, tanto deteriores homici-
 dio pollutis, quanto calamitosioribus inferunt. Haftenus de ex-
 positione.*

XIX. Expositioni & abjectioni vicina est, *necatio*:
 quod ingens & horrendum scelus à paucis bestiis commit-
 ti solet. Quanta sit hujus criminis magnitudo & atro-
 citas, non tantum ex ijs, quæ ante dicta sunt, facile patet;
 sed ex illis quoque, quæ de homicidio Interdicto dicenda e-
 runt, clarius apparebit. Necem infantum recens natorum
 cum primæva naturæ autoris sanctione, sacrâ illâ & æter-
 nâ lege vehementissime pugnare; adeoque contrâ immo-
 bile illud naturæ jus esse, nemo, credo, ambiget. Voluit
 scilicet Deus noster conjunctione maris & femine atque
 ad eò sobolis procreatione orbem repleti, & subindè in lo-
 cum decedentium surrogari recens natos, ne genus hu-
 manum intereat; cui iustituro pedibus manibusque relu-
 ctantur, quotquot soboli suæ spiritum, quem vix accepit,
 adimunt. Imò præterea contra generale interdictum ho-

micis gravissime impingunt; dum hominem ad Deum in-
 ginem factum è medio tollunt. Atque adeò grävissimo
 scelere se obstringunt, quorquor suos interficiunt. Neque
 interdictum illud tantum de extraneis intelligendum; sed
 filijs quoque & multo magis, cum & illi sub generali accu-
 ptione hominis comprehendantur. Imò si absque hoc in-
 terdicto esset, scilicet, nemini licere neque seipsum, neque
 liberos, neque alios quosvis è medio tollere, creatio gene-
 is humani frustra fuisse. Quam multi enim paren-
 tum, ræditi educationis & laborum vel partum abigerent,
 vel si vitalem paterentur, statim tamen enecarent; seipso-
 etiam, quam primum tristius aliquid evenisset, quod per-
 ferre nollent, tollerent; reliquos vero, adversus quos vel
 ira vel vindictæ studium impelleret, sine ullo discrimine
 perimerent; & brevi temporis spatio orbem mortalibus
 exhaustirent. Quapropter æternæ sanctionis est & nun-
 quam intermorituræ, nemini licere neque seipsum, neque
 alios è medio tollere. In eo omnes consentiunt sacri Co-
 dicis interpretes. Saltim de filijs ambigitur; annon paren-
 tibus eos licuerit impunè interficere: & ad hoc proban-
 dum aliquot sacre pagine exempla adducunt. Hoc cer-
 tum est, è rectæ rationis principijs, à Deo confirmatis, hoc
 hequaquam elici posse: an verò Scripturæ locis, dabimur.
 Permultum autem in hujus rei cognitione situm est. Si e-
 nim licitum fuit olim, nulla ratio vetat, quo minus Roma-
 norum jura de necandis liberis, & atrocibus castigandis,
 necandis etiam, non tantum possint excusari, sed etiam
 hodie in nostras Resp. introduci. Quapropter breviter
 de illis videndum est.

XIX. Ne autem Abrahami exemplum nos moveas;
 statim dicimus, id peculiari & expresso mandato Dei futu-
 rum fuisse, si fuisset factum, cuius voluntati sine ulla du-

bio

plia nos toros subicere debemus. Verum ipsa lex quæ hu-
betur Levitici ultim. vers. 28. magis turbat. vulgata sic legere
Omne quod domino consecratur, sive homo fuerit, sive animal, si-
ve ager, non venies, nec redimi poteris. Quicquid semel fuerit
consecratum, sanctum sanctorum eris Domino. Et omnis conse-
cratio, qua offertur ab homine non redimatur, sed morte morietur.
Longe aliter Santes Pagninus. Verum tamē omne anathema, quod
consecrabit aliquis Iehova, ex omnibus qua habes, de hominibus
& animalibus, & de agris possessionis sua, non vendetur, neq;
redimetur: omne enim anathema sanctis ac sanctitatum eris Iehova.
Omne anathema, quod consecrabitur de hominibus, non redimetur,
moriendo morietur. Vbi vulgata ab homine legit; ibi S. Pagni-
nus de hominibus; quæ duo inter se maximè differunt: & po-
steriorem lectionem textui Hebræo convenientiorem esse,
Ioannes Seldenus testatur lib. 4. c. 6. de Iure Naturali, Civili
& Gent. secundum disciplinam Hebræorum. Si vera est lectio
Pagnini; utique sequitur, licuisse Iudæis, minimum patri-
bus & heris, eos, quos in potestate habuerunt, devovere
ad immolandum, adeoque jus vitæ & necis habuisse. Se-
cundum quam legem Iephtam iudicem filiam suam im-
molasse plures ex Rabbiniis & Christianis arbitrantur. Cer-
tè Ludovicus Capellus libro, quem peculiarem fecit de vo-
co Iephta, credit, & legem illam ita revera intelligendam
esse, & patribus Iudæis potestatem vitæ necisque in liberos
fuisse; temperatam tamen sententiâ sacerdotum, à qui-
bus causæ illæ, num sufficientes essent nec ne, cognoscendæ
fuerunt. Atq; ita mors liberorum & servorum, à parentibus &
heris devorum, non simpliciter & nudè à parentum & herorum
arbitrio & libidine pendeat, quandoquidem sacerdotum iudici-
um & sententiam intervenire oportebat. Vetum inaudita est
illa sacerdotum potestas in scholis Rabbiorum & omni
Antiquitate Iudaica. Utilitatem tamen legis hujus divinæ

ne defertur: Ita abusus cavebatur, & simul parentes à liberis
& heris à servis, tanto majore in honore habebantur, utpote quod
vultum viderens in se habere vita & necis potestatem, ut si libens
set, ab uno oris ipsorum verbulo vita & mors sua penderet. Hæc
ratione magis in officio & debita erga parentes & heros obediendi
continebantur. Simili fere ratione Simplicius rigorem pa-
trii potestatis Romanæ excusat in comm. ad Eucher. Epist. 1.
Veteres Romanorum Leges, tum excellentia natura, considerata &
laboribus, quos filiorum causa parentes capiunt, tum etiam eo con-
silio, ut liberos omnino patriæ potestati subicerent, freta naturali
parentum erga filios pietate, & vendendi illos, si vellent, potesta-
tem dedere parentibus, & occidendi. Verum Capelli exposi-
tio textui non convenit; neque ejus excusatione opus vi-
debatur. Anathema; devotum, sacrum, & alia ejusmodi vo-
cabula interdum rem pietatis ergo Numini sacratam, in-
terdum diris onustam, denotat; vovetur enim utraque; hæc,
ut bonorum auctori conservatorique; hæc, ut malorum
Vindici. In qua significatione voces illas apud Hebræos
sæpè occurrere Tertullianus testatur, adversus Gnost. cap. 2.
Præterea doctissimus Seldenus 4 genera anathematum re-
fert apud Indæos usitatorum lib. 4. cap. 7. de Jure Hebræorum.
Aut enim sacrum significat, ait, donatum ipsum, quod Romani
sæpè in sacros usus devovebatur, ut in commate, 28. capitis vigesimi
septimi Levitici seu prioribus perioche inde superiori in capite ci-
tata verbis; aut id, quod expressim jure belli ac militari, seu ob in-
imicitias capitales devovebatur perditioni, internecioni, aut odio
impetino; aut quod in commissum cadit; aut demum, quod diris, ju-
te tantum pacis onustum. Quod tamen ipsum rursus dupli-
cis est generis: aut enim propterea quis diris devovebatur,
si impotenter committeret aliquid, aut omitteret; aut ve-
ro ob jam commissum. Quæ tum potissimum locum ha-
bebat, si quis excommunicatus & intra tempus iteratò
præsti-

profectum non respicebat. sed praefracte in eo, quod
 commiserat, etiam excommunicatus, perseverabat. Ve-
 rum ne plura ad legem illam intelligendam afferamus, cre-
 dit Seldenus, lectionem illam *ex hominibus seu de hominibus*
 veram esse, & fonti Hebræo convenire, & legem unicè in-
 telligendam de hominibus ex bello devotis, quos neque
 vendere, neque redimere licuit; sed simpliciter occidere.
*At vero, ait, lib. 4. cap. 10. de Jure Hebræorum Naturali Gent.
 & Civil. ubi qui devoverit quid ex homine, seu ex hominibus, jure
 ta nempe necessarium illud devovendi morem bello præviam, ad-
 ut nil præter necem, destructionem atq; excidium devoti sui postmo-
 dum, ex ipso voce seu anathemate expectandum, ibi tantum abest
 sine vendatur, sine redimatur, sine sanctum maneat Domino, ut
 jure fieri nequeat, quin plene sit delendum; & sine homo fuerit, sine
 animal quodcumq; aliud, interficiendum.* Lex itaque illa non
 ad eos, qui in potestate patriæ, aut dominicæ fuere, sed bel-
 lo captos pertinet; adeoque ex eadem concludere non li-
 cet, patribus Judæis competijse potestatem vitæ necisque
 in liberos.

XX. Multò minus exemplum Iephtæ iudicis quic-
 quam probat. Vulgata sic legit: *Jephtæ transiens ad filios Am-
 mon, votum vovit Domino dicens: Si tradideris filios Ammon in
 manus meas; quicumq; primus fuerit egressus de foribus domus meæ,
 mihiq; occurrerit, revertenti cum pace à filiis Ammon, eum volo-
 caustum, offeram Domino.* Paulo post: *Revertenti autem Iephtæ
 in Masspha domum suam, occurrit ei unigenita sua filia cum tym-
 panis & choriæ &c.* Paulo post: *Et fecit ei, sicut voverat: Quod
 Vulgata in masculino genere effert, id d. Pagninus in neu-
 tro. Nempe vers. 31. Egreffus quod egressus fuerit, è foribus
 domus meæ occursum eum, quum revertat in pace à filiis Am-
 mon, erit rebroa, aut offeram illud in holocaustum.* Paulo post.
 vers. 39. *Circa finem autem duorum mensium reversa est ad pa-
 trem,*

erem fuit, & facti de eo votum suum, quod vocat. Quæstio
 non desint, qui dicant, votum hoc in personam aliquam
 expressè fuisse conceptum; quam sententiam etiam Vulga-
 ra sequitur: verùm probabilior est, omne id, quod habile
 esset ad immolandum, fuisse comprehensum: Quod Pa-
 gnius sua versione indicat. Adeoque simpliciter ex voti
 sui rigore ad filiam suam consecrandam non tenebatur.
 Interim haud pauci sunt, qui disertè scribunt eam à lephta
 immolatam esse. Qua in sententia etiam Flavius Ioseph
 est orig. *Iudaic. cap. 9. lib. 5.* Item in *Chaldaica Iudæorum para-*
phrasi cap. 11. proxime post Comm. 39. idem habetur; quod per-
 multi celebres quoque Rabbini eadem ratione tradunt.
 Verùm verba textus id non evincunt. *Fecit ei, sicut voverat.*
 Poterat eam cultui dæivino consecrare; inde non sequitur,
 quod immolata fuerit. Doluit tantum lephta, quod hæc
 ratione ab omnium virorum consortio esset secludenda,
 adeoque nulla soboles, aut posterii ex ipsa sperandi. Quò
 referenda sunt, quæ de virginitate ejus desclenda traduntur.
 Vitam enim non deplorat, quam sciebat non esse amissu-
 ram, sed virginitatem, quam perpetuò cogebatur servare.
 Imo post votum eam supervixisse *verba ultima cap. 11. Iu-*
dic. in versione Pagnini satis evincunt. *Annuatim ibant filia*
israël, ut alloquerentur filiam lephthah Gileadita quatuor diebus in
anno. Quomodo eam visere annuatim potuissent, nisi va-
 xisset? Votum itaque lephtæ aut ejus consecratio nullam
 potestatem vitæ & necis arguit in filios Iudæorum. Indu-
 bitatæ itaque est veritatis, & æternæ sanctionis, filios, non
 sine summo scelere, à parentibus posse necari.

XXI. A quo tamen Romani abhorruisse non viden-
 tur, quod mirandum est. Pene illos enim vitæ necisque
 potestas fuit in liberos. Num ex lege, num moribus, in-
 certum; crediderim autem utroque. De lege disertè fate-
 tur

rui Papiniani *lib. 2. de vi et vii. §. de vi. §. de vi. §. de vi.*
Rom. confertur, in quo mentionem fecit legis Regiæ, quæ pa-
 tri in filium vitæ necisque dederit potestatem. . . Cui Dio-
 nyfius Halicarnaffæus suffragatur *lib. 2. Antiq. Rom. c. 11. Ro-*
manorum legislator, omnem (ut ita dicam) potestatem in filium pa-
trici concessit, idq. tota vitæ tempore, sive cum in carcerem con-
gicere, sive flagris cadere, sive vincitum ad rusticam opus detinere,
sive occidere vellet: licet filius jam Romæ administraret, & inter
summos Magistratus censeretur, & propter summum studium in
Romæ laudaretur. Certè ex hac legè viri illustres, conciones pra-
rostris habentes, senatus quidem adversarius, plebi vero gratas,
& propterea valde celebres è suggestu detracti à patribus abducti
fuerunt, penas eorum arbitrari daturi: quas, quum per medium
forum abducerentur, nullum eorum, qui aderant, poterat eripere,
non consul, non tribunus plebi, non ipsa turba, cui illi assensabane-
ant, licet aliam omnem potestatem suâ minorem existimaret. De
moribus Vlpianus l. 8. ff. de his qui sui vel alieni juris sunt. ubi
ait. ius potestatis moribus esse receptum. Novum verò non est
aliquid legibus esse sancitum, & moribus postea confirma-
si, cum legea secundum Horatium, nil proficiant sine moribus
vane. Imò rerum usus acerrimus est juris censor & explo-
rator, ut eruditè ait Livius. Quemadmodum etiam plura
alia in Romanis LL. originem suam habent ex SCRIS, Con-
stit. Princ. quæ tamen dicuntur quoque more & Consue-
tudine introducta, ut substitutio pupillaris & prohibita
donatio inter conjuges durante adhuc matrimonio: ve-
rùm hæc aliorum pertinent. Originem hujus vidimus;
Quamdiu duraverit, adeò certum non est. Interim ad Dio-
letianum usq; viguisse, nemo dubitat: à quo id sublatum
vult Theodorus Marcilius cap. 24. Ciceronis enim, Augusti,
Neronis, Vespasiani, Claudij tempore, eâ in usu id fuisse, di-
sertè memorat. Val. Maximus lib. 5. cap. 8. Sallustius in Calili-

nam.

nam. Dio lib. 57. Seneca de clem. lib. 1. c. 24. & lib. 3. de benef. 21. Suetonius in Claudio: alijque plures. Imò ad tempora Constantini M. durasse, non vana est conjectura ex l. 2. C. de liberali causa Cod. Theod. ex qua sumpta est l. ult. Cod. Justin. de patr. potest. in qua Constantinus M. in presenti loquitur nempe Patribus quibus jus vitæ necisq; potestas permissa est in l. verò ult. Cod. Justin. Tribonianus ita mutavit, Patribus jus vitæ in liberos necisq; potestas olim erat permissa. Et rectè; suis enim moribus; suo ævo legem aptabat. Dura hæc fuit potestas, & fere paternam pietatem supergrediens, & certè à primævo naturæ jure non nihil abiens: Ita tamen crudelis non fuit, ut à plerisque creditur; certè successu temporis mitigata: Neque enim posterioribus temporibus indicta causâ & privatâ auctoritate interficere licuit; verùm ad præfides aliosve Magistratus adduci oportuit, & ab ijs pena inflictâ, secundum voluntatem tamen patris. Quæ de re est l. 3. C. de Patria potest. Si filius tuus in potestate tua est, res acquisitæ tibi alienare non potuit. Quem, si pietatem patri debitam non agnoscit, castigare jure patriæ potestatis non prohiberis: acriter remediò usus, si in pari contumacia perseveraveris eumq; præfidi provinciæ oblaturus, dictaro sententiam, quantum quoq; dici volueris. Quæ profectò cum sanctione Hebraica, quæ habetur Deut. 21. egregiè convenit. Ibi Deus noster vers. 18. ita constituit. Quum quis habuerit filium declinantem & rebellem, non obedientem voci patris sui & voci matris suæ, & correxerint eum, nec paruerit illis: Tum apprehendens eum pater ejus & mater ejus, educantq; illum ad seniores urbis suæ, & ad portam taci sui. Dicentq; senioribus illius, Filius noster ille declinans & rebellis est, non est obediens voci nostræ, epulo & potator est. Tunc lapidabunt eum omnes homines urbis suæ lapidibus, & morietur. Hac ratione forte nimis duritici accusari non potest.

XXII. An verò parentibus naturaliter liberos vendere liceat,

liceat, plus habet dubitationis. Et gentium præjudicia & rationes rem dubiam reddunt. Iure Atticò quidem nefas erat filiam aut sororem vendere; hæ enim nominantur in lege; credunt autem interpretes & filium comprehendi. Lex sic habet. *μη εἶναι θυγατέρας πωλεῖν, μητ' ἀδελφάς, κληῖον μὴ λάβῃ παρθένον ἀνδρὶ συγγενημένῃ.* *Filiam aut sororem vendere nemini jusesto, nisi, eâ adhuc virgine intactum deprehenderit.* Iure contra Romano fas erat, ut & historici & leges testantur; originem ejus indicavimus supra, ubi de vitæ & necis potestate differuimus. Vendendiautem jus prius ademptum est, quam vitæ & necis, ut ex *l. ult. C. de patr. potest.* constare videtur. Quare ante ætatem Pauli ipsiusque adeò, ut putamus, Hadriani ævo *patribus libertatem eripere non licuit.* Quanquam postea permissum fuerit, ut cogente necessitate, præcipuè egestate, eosdè vendere certis conditionib⁹ licuerit, Paulus *lib. V. sentent. Tit. 1. §. 1. Qui contemplatione extrema necessitatis, aut alimentorum gratiâ, filios suos vendiderint, statui ingenuitatis eorum non præjudicant.* Homo enim liber nullo pretio æstimatur. *Iidem nec pignori ab his, aut fiducia dari possunt. Ex quo factò sciens creditor deportatur. Opera tamen eorum locari possunt.* Postea Diocletianus prorsus prohibuit omnesque alienandi modos vetuit *l. 1. C. de patr. qui fil. suos distraxerunt. Liberos à parentibus neq; venditionis, neq; donationis titulo, neq; pignoris jure, aut aliquo quolibet modo: nec sub prætextu ignorantia accipientis in alium transferri posse, manifestissimè juris est.* Temperandum quidem fuit tum à venditione; verum à patribus inopiâ laborantibus obtineri non potuit, quin non oppignoraverint. Quapropter Const. Magnus, rei indignitate motus, utraque, & venditionem & oppignorationem severissimè interdixit, & ut sine querelis huic legi parere possent, mandavit Magistratibus provinciælibus, ut egenis parentibus, qui tandem inopiâ victi ad tris-

G

fic hoc

The hoc remedium conflugiunt; ex filco & publicis horreis tantum tribuatur, unde se suosque alere queant. Lex digna est quæ audiatur, habetur autem l. a. C. Theod. de alimentis, quæ inopes parentes de publico petere debent. Provinciales egestate victus atq; alimonia inopiâ laborantes, liberos suos vendere vel oppignorare cognovimus. Quisquis igitur hujusmodi reperietur, qui nulla rei familiaris substantia fultus est, quique liberos suos ægre ac difficile sustentet, per fiscum nostrum antequam fiat calamitatis obnoxius, adjuvetur: ita ut Praefidesq; & Rationales per universam Africam habeant potestatem, & universis quos adverterint, in egestata miserabili constitutos, stipem necessariam largiantur: atq; ex horreis substantiam pratinus tribuant competentem. abhorret enim nostris moribus, ut quenquam fame confici, vel ad indignum facinus prorumpere concedamus. Verum Pius Princeps spe suâ & pio proposito nihilominus excidit. Vel enim Magistratus provinciales parciores fuerunt in erogandis alimentis de publico; vel parentes, ut onere liberorum se liberarent, nihilominus eos alienarunt; vel aliam ob causam quamvis, legi non fuit satisfactum. Certè obtinere non potuit; ideoque cum vidit mores inpletos mutari non posse, permisit tandem victus causa parentibus vendere liberos, sed non nisi sanguinolentos h. e. recens natos, quos Iuvenalis appellat à matre rubentes, certis tamen conditionibus, ut & pater & filius, vel alius quivis, sive precio, sive alio mancipio oblato venditum redimere possent. Imò Valentinianus Theodosius & Arcadius Imperatores etiam precium emptori ademerunt; nempe constituerunt, ut sine remuneratione pretij pristinae ingenuitati restituerentur, qui sic per venditionem parentum miserandâ fortunâ oppressorum in servitium essent adducti. Ratio tamen, quam addunt, non videtur rem conficere. Quia, ajunt, servitium ingenni etiam minimi temporis spacio satisfacere. De qua ratione paulo post dicemus.

XXIII. Ita mores gentium & diversorum populorum anam prebent dubitandi. Ast vero si rationes excutiamus, paulò minor difficultas deprehenditur; Primò enim non desunt argumenta, quibus evinci posse videtur, utique parentibus licere. Si enim naturæ jure justum est eos occidere? cur non vendere? Ast plures gentes etiam, ut videntur, cultiores, hoc justum crediderunt: quemadmodum etiam supra ex Ludovici Cappelli libro de voto Iephthæ diximus. Deinde omnes gentes ferè jus talionis unicum arbitrantur, quo mortalium actiones sint æstimandæ: certè Pythagorici unicum illud docuerunt, idque religione stabiliverunt, uti tradit Aristoteles *lib. 5. Eth. cap. 8.* Nec Hebræorum jus ab horum sententia abit, dum *Dens. 19. vers. 21.* ait; *vitapro vita; oculus pro oculo; dens pro dente; manus pro manu.* Romani in *Legibus XII Tab. Si membrum rumpit, ni cum eo pacis, talio esto.* De qua videri potest Gellius *lib. 20. cap. 1.* Ut vero in delictis, eorumque pænis; ita quoque beneficijs. Ast quanta sunt, quæ parentes? vitam, qua nihil majus orbis habet, proximè Deum ipsis dederunt; pro quo beneficio ad omnia, imò etiam sanguinis profusionem, videntur astringi: multo magis servitia in gratiam illorum præstanda. Quo tritum illud pertinet, Parentibus & Præceptoribus non posse rependi æqualia. Præterea primæ institutioni autoris naturæ venditio filiorum repugnare non videtur. Voluit is per parentum conjunctionem prole orbem repleri, ut conservetur genus humanum; cui ordini & sanctioni non contrahitur dum filij venduntur; numerus enim mortalium hac ratione non minuitur; sed saltim Dominus mutatur. Adeoque ex nostræ hypothese nihil fiet contra institutionem autoris naturæ, & per consequens non erit contra jus naturæ. Porro nonnulli populi justum credunt, omnia, quæ liberi acquirunt,

parentibus acquirere; uti quidem Romani sanxere; quo concessio, prono inde fluat alveo, ipsis vendere licere, ut quod successu temporis ex illis possint capere, simul precio oblato unâ summâ accipiant. Aristoteles *lib. 5. Eth. cap. 8.* ait possessiones nostras & liberos esse partes nostri; adeoq; liberos & possessiones ejusdem juris credit, eosque inter se comparat. Quemadmodum itaque possessiones à se alienare cuilibet fas est; ita quoque liberos. Ita quidem pro affirmante pugnatur.

X XIV. Nèc neganti parti argumenta desunt. Primò omnium supponunt, quod verissimum est, parentibus non licere occidere; quapropter nec vendere; cum servitus morti æquiparetur: vita præterea & libertas pari ambulent gradu. Deinde naturæ intentionem esse, ut parentes relinquunt similes sui: quod fieri non potest, nisi ritè educantur & usu rationis instruuntur; homines enim relinquere tenentur; quales non sunt qui saltem speciem externam hominis gerunt; sed qui usu rationis pollent, ex quo unicè homines æstimantur. Haud malè *Philo. Platonizans lib. de agricultura. Homo autem in unoquoq; nostrum quis alius esse potest quam intellectus.* Item *lib. de eo quod deterius posteriori insidari soleat. Hominis autem animam nominat hominem, non hoc ex utroque concretum.* Benè, si hoc velit, potissimum inde æstimari hominem. Quapropter vendi non possunt; quoniam aliàs finis iste impediretur. Porro quoniam Deus Ter Opt. Max. in primæva creatione disertè omnia, quæ orbis nutrit, animata & inanimata, imperio hominis subjecit, qui secundum arbitrium ea regat, & ad usum suum transferat; ipse autem ad alium usum creatus non est, quam ad Dei gloriam, ejusque cultum. Quòdque gentiles nonnulli, ut Aristoteles *lib. 1. polit. cap. 3.* dicunt, hominem esse propter seipsum. Cæterarum itaque rerum omnium, quæ propter

pter hominem productæ sunt, æstimatio fieri potest; pro-
 ut enim majorem, vel minorem utilitatem afferunt, eo ma-
 jus vel minus ipsorum precium. Quæ verò propter sei-
 psum sunt, & propter alios nullo modo, eorum æstimatio
 per rerum naturam dari non potest. Precium seu æstima-
 tionem inde faciendam esse, evidenter probat Aristoteles
lib. 5. Eth. cap. 8. Illud enim magni facimus, quod nobis af-
 fert utilitatem & quo egemus; quo ergo magis egemus, &
 quo majorem affert utilitatem, eo majus quoque est pre-
 cium. *δὲ ἀγαθὸν ἐστὶν ἡμῖν πάντα μετεβίβασαι, ἀσπὲς ἐλέχθη πρῶτον. τὸ
 δὲ δεῖν, τῇ μὲν ἀληθείᾳ ἡ χρεία, ἢ πάντα σωθῆναι; εἰ γὰρ μηδὲν δέοιτο,
 ἢ μὴ ὁμοίως ἢ ὅσα ἔσται ἀλλαγὴ, ἢ ἔχῃ ἢ ἀντὶ. οἷον δ' ἐπαλλαγμὰ τῆς
 χρείας τὸ νόμισμα γέρονι κατὰ σωθῆναι. Ὅportet igitur, ut uno
 quodam, sicut dictum est etiam prius, cuncta mensurentur. at id est
 revera quidem indigentia qua omnia continent: nam si nulla re in-
 digereñt homines, aut non similiter, efficeretur, ut vel non esset
 ulla omnino, vel non eadem permutatio. Sed indigentia tamen lo-
 co exacto quasi substituitur numus.* Iam quoniam homo liber
 propter nullum alium hominem, sed propter seipsum (De-
 nm excipio, qui tamen respectus parum huc facit) nulla
 quoque ejus erit æstimatio, & per consequens neque pre-
 cium. Ut rectè & juri naturæ convenienter Romani asse-
 rant *liberum corpus non recipere æstimationem.* Quum verò o-
 mnis emptio venditio non nisi æstimatione, aut pretio fie-
 ri possit; homo autè liber æstimari plane nequeat; apparet,
 neq; eum posse vendi; h. e. quod rectè Romani dicunt *hominè
 liberum esse extra commercium hominum.* Si verò hominìs li-
 beri venditio nulla est, neque liberorum, & per consequens
 paribus non licet. Deinde: parentes liberis alimenta ju-
 re naturæ debent, uti paulo post dicetur; quæ ipsis eriperent,
 si eos venderent: adcoque quum obligatione illâ natura-
 li, quâ natura eos obstrinxit, se eximere nequeant, pro-
 fectò patet ipsis haud licere vendere.

XXV. Ita utrinque pugnatur. Verùm utriq̃e sen-
 tentiæ aliquid veri subest. Quod prima sententia de vitæ
 necisque potestate & talionis jure adduxit, sua sponte cor-
 ruit. Illam enim illo jure injustam esse, supra ostendimus;
 in hoc vero jus non consistere, latè probat Aristoteles *lib.*
5. Eth. cap. 2. Magna esse parentum beneficia nemo negat;
 pro quibus tamen neque vita erit reddenda, neque servitus
 subeunda. Honor est illis redhostimentum, quem ipse De-
 us fere solum à filijs requirit; & Aristoteles *lib. 8. Eth. cap. 12.*
 elegantissimè demonstrat, uti infra, quando ad hanc do-
 ctrinam pervenerimus, pluribus ostendemus. *Honora patrem*
& matrem, ait Deus in divina sua lege. Aristoteles; *parenti-*
bus non minus ac Diis honores tribuantur: Ius Atticum; *Parentes*
honorato. Imò omnium populorum unanimes vox est, pa-
 rentes esse venerandos. Quod quarto loco dictum est
 nihil hac ratione institutioni naturæ autoris detrahi; fal-
 sum est; eam totam non everti, concedimus, sed multum
 derogari evidentissimè patet. Quintum argumentum ab
 omnimoda acquisitione ductum, quam nonnulli populi
 introducere itidem vacillat, eam enim cum jure naturæ pu-
 gnare, infra dicetur. Ultimum denique à comparatione
 Aristotelica plane nullum est; in eo conveniunt, quod par-
 tes sint, ulterius illa similitudo extendi non potest. Non
 sequitur verò partes nostras à nobis alienari posse; cum ne
 id in conjunctis quidem liceat, nisi ex peculiari lege. Cen-
 semus itaque, quamdiu pater non extremâ cogitur neces-
 sitate, ut neque se, neque liberos alere queat, adeoque simul
 ipsis percundum sit, ipsi naturaliter non licere vendere fi-
 lios: Quia, ut ex dictis liquet, facultas illa planè regia est,
 paterque salutem filiorum unice propositam habet; tum
 ut rationis usu eos instruat, tum etiam tantam bonorum
 copiam iisdem suppeditet, ut propriam familiam consti-
 tuere

scire queant. Quamvis verò Dionysius Halicarnassensis
duram illam Romanorum potestatem vehementer extol-
lat, Græcorumque mitioribus institutis longè præferat,
tamen dissimulandum non est, à primæva paterni imperij
institutione, longius abire, quæ Romani induxerunt; a-
deoque patri, absque extrema si sit necessitate, non licere
filium ne semel quidem, ne dum ter vendere. Neque, ait,
*lib. 1. Antiq. Rom. Romano legislatori hoc satis fuit, quod hanc po-
testatem patri dedisset, sed etiam ei filium vendere permisit: nihil
eo deterritus quod homines hanc potestatem patri concessam crude-
lem essent judicaturi, & graviolem quam naturalis affectus & a-
mor patiatur. Et (quod maxime quis admiretur in dissoluta Græ-
corum disciplina educatus, ut acerbum & tyrannicum) hoc quoque
patri concessit, usque ad tertiam venditionem ex filio questum face-
re, data patri in filium majore potestate, quam domino in manci-
pium. Nam servus semel venditus, deinde libertatem adeptus im-
posterum est sui juris: at filius à patre venditus, si liber fuisset fa-
ctus, redibat in potestatem patris: & iterum venditus & libertate
donatus servus patris ut antè fiebat. Sed post tertiam demum ven-
ditionem ex patris potestate exhibat.* Omnino potestas hæc
major est & gravior, quam naturalis affectus & amor pati-
tur. Si vero summâ premitur inopiâ; adeo ut neque se, ne-
que filios alere queat, sine omni dubio eos alijs tradere po-
test, ut ex ipsorum operis & ipsi & pater, si alia præsidia vi-
tæ ipsi non suppetunt, vivere queant. Iure enim naturæ fi-
lius tenetur patrem alere, ut infra dicitur; Ergo si aliter
non potest, suâ operâ alijs inserviendo. Quo casu tamen
operæ potius filij venduntur, non ipse filius, qui ipsius, cui
venditur, non fit ea ratione servus, ut ipso invito nunquam
è servitute eripi queat; sed tum liberari potest, quoties vel
pater, vel alius quivis precium offerat, vel operibus suis et-
iam precium æquaverit. Quod Constantinus M. pruden-
ter ita

fēt ita constituit l. 2. C. de patrib. qui filios distrax. Si quis propter nimiam paupertatem egestatemq; victus causa filium filiamve sanguinolentos vendiderit: venditione in hoc tantummodo casu valente, emptor obtinendi ejus servitiū habeat facultatem: liceat autem ipsi, qui vendidit, vel qui alienatus est, aut cuilibet alij ad ingenuitatem, eum propriam repetere: modo si aut pretium offeras, quod potest valere, aut mancipium pro ejusmodi praestet. Quam potestatem matri & avo negatam credit Ioannes de Lugo disp. 5. sect. 1. num. 3. Quod tamen non potest facere mater, nec avus, licet habeat in potestate sua nepotes. Verum sine ulla causa; cum naturali jure mater æque ac pater sit alenda: quamvis de jure civili aliter dicendum, quod jus hoc ex patria potestate deducit. Quæ autem laudatus de Lugo subdit, bene se habent. Filius autem ita venditus debet liberari ab emptore, quoties ab ipso, vel alio precium acceptum offerri; magis enim est filius obligatus, quam venditus pro illo pretio; deberet tamen augeri pretium, quando expensis domini artem aliquam didicerit. Imò, ut porro addit, filius patrem, ad meliorem fortunam redactum, cogere potest, ut ipsum redimat; quemadmodum unanimi consensu id etiam Baldus, Decius, Covarruvias & alij docent, quos vide apud Sanchez num. 7. Hac ratione credimus naturaliter patri licere filios eorumque operas alijs locare posse, quod vix venditio dici poterit. Idem esto de oppignoratione.

X X V I. Fætum custodiendum esse, neque abigendum, neque natum necandum, exponendum, aut vendendum, sed potius eum agnoscendum, fovendum, ejusque curam habendam, hætenus vidimus; iam inoffenso pede ad alimenta eidem præstanda transgredi poterimus. Cum enim sine alimentis nullum animans ne ad breve quidem tempus servari possit; apparet, neque liberos recens natos sine ipsidem vivere posse. Sine quibus verò proles nata ser-

vari

variant adolefcere non potest, ea ipsi ex primæva insti-
tione autoris nature necessario sunt præstenda; Falia au-
tem alimenta esse jam diximus. An vero à parentibus ne-
cessario sint danda, propter nonnullorum dissensiones, du-
bium est. Credunt illi quidam parvulos esse alendos, ut-
que dum sibi ipsis prospicere queant; à brutorum gregi-
bus argumentantes. Quicquid, inquam, bruta instin-
ctu nature suscipiunt sine ratione, id cum ratione susce-
ptum in hominibus juris est nature. Atqui bruta ductu,
quo feruntur, nature, fetus suos diutius non alunt, quàm
eo usque, donec sibi ipsis prospicere queant. E. neque plus
ab hominibus erit requirendum. Verùm major non undi-
queque veræ est; neque enim ex inclinationibus illis natu-
ralibus brutorum jus nature desumendum esse, supra vidi-
mus; sed potius ad quæ Summus rerum Autor omnes mor-
tales æstingere voluerit. Præterea rectè applicata nihil in-
feret, quod à veritate sit dissonum. Nempe hoc inde con-
cludetur; liberos eoque à parentibus esse alendos, donec
sibi ipsis prospicere possint. Quod si dextrè explicetur, am-
babus largimur manibus, uti postea dicemus. Per quos au-
tem Deus fetus generari voluit, per eosdem quoque con-
servari; conservari autem sine alimentis non potest; Ergo
necessario quoque illi ipsi eadem præstabunt. Hi verò
parentes sunt. Imò per rerum naturam aliter fieri non po-
test, quocumque te vertas. Præterea, ut homo sui studet
conservationi, & quidem naturali instinctu; ita quoque
partium suarum; filios autem partes esse, nemo unquam
negabit. Neque sine summa iniustitia onus alendi alijs,
quam parentibus imponi potuisset. Quapropter firmissi-
mè concludimus, juris nature esse, Filios tamdiu à paren-
sibus esse alendos, donec sibi ipsis prospicere queant. V-
nanimis omnium gentium vox est pariter & praxis, ut jam-

H

jam

jam ostendemus. Aristoteles lib. 4 Polit. cap. 2. η δὲ τῶν παιδῶν
 περὶ τῆς αἰτίας Φαινηταῆς Φύσεως διδομένη πᾶσι, ὡς καὶ κατὰ
 τὴν πρώτην γένεσιν εὐχῆς, ἔσται καὶ πλείονησι καὶ γὰρ κατὰ τὴν ἐξ ὀφθαλμοῦ
 γένεσιν, τῶν ἰδίων σωματικῶν τῆς ζωῆς πᾶσι τῆ τροφῆς, ὡς ἰκανῆς εἶναι,
 μέχρι τῆς αἰδουμένης αὐτῶν αὐτῶν περιζῆν τὸ γαστρῆν. οἷον, ὅσα σκωλη-
 κώτα κτλ ἢ εὐστατα. ὅσα δὲ ζῴοντες, οἷς γινόμενοι, ἔχει τροφῆν ἐν αὐτοῖς
 μέχρι τῆς, τὴν τῆ κατὰ φύσιν γαλακτικῆς Φύσιν. Talis igitur acqui-
 sitio ab ipso videtur natura hominibus data, ut statim post genera-
 ram, sic etiam ad perfectiorem deducit. nam ab ipso generatiōnis
 initio quadam animalium simul exprimentur tantum alimenti, ut
 sufficiat donec robusti sibi ipsi acquirere, quod generatum est; ut que-
 cumque exprimitur, vel ex ovibus gignitur, que verò partum ve-
 rentia, alimentum habentem se ipsi ad parvum adducunt, ut
 ad tempus quoddam, quomodo lactis naturam dicimus. Idem lib. 7.
 Polit. cap. 17. γινόμενοι δὲ τῶν πάντων, οὐδέ τι μὲν ἀλλήλων διαφορῶν
 πρὸς τὴν τῆς σωματικῆς δύναμιν, τὴν τροφῆν, οἷα τις αἰδῆ. Φαίνεται δὲ
 διὰ τὸ τῆς αἰδουμένης ζωῆς ὀφθαλμοῦ, καὶ διὰ τῆς αἰδουμένης, οἷς ὀφθαλμοῦ
 εἰσὶν τὴν περικλυτὴν ἔχον, ἢ τῆ γαλακτικῆς πλεονεξίας τροφῆς, μάλιστα
 οὐκ ἔστιν οὐκ ἔστιν. Susceptis autem filii, tantum referre pueri-
 dium est ad corpus totum, quod videtur nutritur. Apparet vero
 ex saporibus animalibus & ex gratibus, quibus cura est assidua belli-
 cæ habitudinis, nutritur tantum lactis maxime proprium esse corpori-
 bus. Diodorus Siculus; ἀγαθὴ γὰρ ἡ Φύσις διδομένη αἰσιν
 τοῖς ζῴοις ὅτι πρὸς διατήρησιν ἑαυτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν γονι-
 τῶν, διὰ τῆς συγγενῆς Φιλοφιλίας τῶς διαδοχῆς, ἢ αἰδίου ἀγῶνι δια-
 μοχῆς κτλ. Optima quippe natura est, cum etiam animalium
 tibus non daturum ad se, sed & ad proles sua conservatiōnis, ut co-
 gnata hac caritate continua successiva ad æternitatis circulum per-
 veniat. Lucianus; καὶ τοι γὰρ ἡ Φύσις τοῖς πατρῶσι τὸς παῖδας μάλ-
 λον ἢ τοῖς παισὶ τὸς πατέρας. ἄλλα ἢ τῆς Φιλίας. ἄλλα τῆς naturæ iustæ
 parentibus liberos, quare a liberis parentes diligunt. Valerius; Pa-
 rentes nos atendo neporum nutriendorum debito alligantur. Euripides

pidelia Dydye hanc unam omnium legem sic ait, que ho-
 minibus inter se & cum cæteris animantibus sit. commu-
 nis, nempe alere, fatum. Philostratus *lib. VII cap. 7 & 8.* plu-
 rimis argumentis hunc affectum animantibus insitum pro-
 bat, adeoque exinde jus naturale elicit. Apollonius Ty-
 anæus, quod Euripidi dictum erat

*Ἄνθρωποι δ' ἀσθρῶπιον ἢ ψυχὴ τέτρα
 Cunctis hominibus liberi vira altera.*

ita emendabat

*Ἄνθρωποι δ' ἕωσιον ἢ ψυχὴ τέτρα
 Animantibus quasi vira sunt partus sui.*

Quo ipso necessitatem alendi, evincere conabatur. Quod-
 dam numero quidem & in individuo, conservari & perenna-
 re non possumus, ideo generatione per nostram sobolem.

Quod autem & conom. que Aristoteli tribuuntur, tangit
*lib. 1. c. 6. τοῦτοντες ἐν αὐτῇ γοῦντες ἡμῶν Θεοῦ δὲ ἰσὶς τῆς τε σὺ-
 μάτῃ τρεφῶνς ποίως τὰς δὲ ἡμᾶς εἶναι. Ἐπίε το τὸν τάντω καὶ τῆς δ:
 κῆνα τρεφῶνς μητρος; ἔχῳς τὸ χυτὸ πῆσον ἀσπῆν ποίησιον; κατὰ τῆ-
 ῖ γὰρ μῆτρον ἢ τὸν ἀσθρῶπιον καὶ ἔσμοις σου θνητῆ. ἐκ τῆς διαδοχῆς τῆ
 ἀθίλλιας πυχᾶν. καὶ αἱ τὸν γοῦντων εὐχαί τις ἔβ πῆσον σπῆνισον δ:
 ὅσις τῶν ἡμῶν, καὶ τὸν ἴσων Φαίηλαι ἀμῆλῶσας τὸν ἐν ἴσων χῶ:
 ἐν, τὸν γαμῆλια ἴσωντι αὐτῶ παρῆσῶσαν, καὶ γωαίτη ἐπὶ γωαί*

Cum autem tantum cura ac laboris suscipiatur vitæ, quo corpus
 altitur, gratia, quid pro liberis & heredi matre atq; nutrice facien-
 dum? num quid omne protinus protectionis studium ac cura adhi-
 benda? conjugio enim solo fit, ut homines conditioni mortalis sus-
 ceptione perpetua immortalitatem consequantur, & hoc vota &
 omnia parentum tendunt. Huiusmodi incuria eo pertinet, ut in eū
 avinuntiam negligatur quo præsentæ sacra nuptiarum facta,
 & ducta uxor est. Ut adeo certissimum sit, alimenta filijs à
 parentibus naturali jure deberi, adeoque ad ea præstanda, à
 sponte nolint, cogi posse.

XXVII. Quod quidem Ius Romanum faterur & im-
 perat. princ. I. de Iure Natur. Genit. & Civ. Jus naturale est,
 quod natura omnia animalia docuit, nam jus istud non humani ge-
 neris proprium est; sed omnium animalium, quæ in celo, quæ in
 terra, quæ in mari nascuntur. Hinc descendit maris ac femina con-
 junctio, quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum pro-
 creatio, hinc educatio. Idem Iustinianus l. unica vers. filias C. de
 rei uxor. actione. Sicut ob liberos retentio, cum ipse naturalis sti-
 mulas parentes ad liberorum suorum educationem hortetur. Idem
 l. 3. §. 3. C. de bonis qualib. in potest. patr. Constit. ipsam autem fi-
 lium vel filiam, filios vel filias, & deinceps, alere patri necesse est,
 non propter hereditates, sed propter ipsam naturam & leges, quæ
 à parentibus alendos esse liberos impetraverunt; Accurate pru-
 dentissimus Princeps non tantum cum naturæ Autore æter-
 narum legum conditore; sed earundem quoque interpre-
 tibus convent. Hinc in centonibus Pandecta-
 rum Paulus I Ctus ait l. 4. ff. de agros. & alendis lib. Necare
 videtur non tantum is, qui partum proficit, sed & is, qui abijcit: &
 qui alimoniam detingat, & is, qui publicis locis misericordie causam
 exponit, quam ipse non habet. Hinc tituli in ff. & C. nati de A-
 gros. & alendis liberis, qui nihil aliud volunt, quam parentes
 impios ad officium, quod naturæ ejusque Autor ipsis impo-
 suit, legitimis medijs esse compellendos. Quod quidem
 naturaliter de utriusque sexus liberis, filiis scilicet & filiabus,
 intellectū volumus. Idem quoque de primi, secundi & ulterio-
 ris gradus; nepotibus patræ & pronepotibus, ex utrisque libe-
 ris filio & filia descendens dicendū est, si parentes ipso-
 rum ulterius non superint, aut non habeant, unde ali pos-
 sint. Hinc est ille gentium mos, quod nepotes in locum
 filiorum (mortuis scilicet parentibus) succedant, quod
 Modestinus I Ctus vocat *in loco filiorum* & *in loco* *et* *in loco*.
 Iustinianus verò *in loco* *et* *in loco* *et* *in loco*. *de phi-*

testationis hereditate appellas, in iuribus. Diserte vero Philo
Indicus; Nepotes parentibus mortuis apud avos filiorum obtinens
locum. Quod Hebræi vocant: filius etiam in sepulchro succe-
dit. Item filij filiorum sunt tanquam filij. Iachiades in Daniele
versu 2. disertissimis verbis hoc iuri naturæ aseribit: equissi-
imum est, ait, nepotes nepesque in patris sui locum succedere. Mi-
chael Attalata profusus gemina habet; δίκαιον νατιότης αὐς τοῦ
ἰδῆς γαίης τόπον ἐπισημαίνει. Posteros in sui quemq; parentis locum
subire iustum est. Scilicet iure naturæ. Neque rationes de-
sunt. Nepotes enim etiam particula quædam avi sunt, licet
remotiores. Si itaque iure naturæ iustum est parentem fi-
lium alere, eò quod ipsum procreaverit, atque proxime
Deum vitam dederit; sequitur etiam nepotem; cum & huic
per filium vitam dedisse existimandus sit: Neque certè ne-
pos natus esset unquã, nisi parens filium illum suscepisset. I-
mo nulla hic quoque subest injustitia aut inæqualitas, si
tot sint nepotes, quot filij, si autem plures; onus quidem
majus, nulla tamen injustitia. Cum verò Patrem nuptiæ
non demonstrent, sed filius vulgo quæsitus sit, mater eum
alere avusque maternus. Quapropter iuri naturæ conve-
nit, quod Ulpianus tradit l. 3. §. 4. ff. de agnosc. & alend. lib.
Ergo & matrem cogemus præsertim vulgo quæsitos liberos alere:
per non ipsos eam. Item Divus Pius significat, quasi avus quoque
maternus, alere compellatur. Quanta autem alimenta esse de-
beant, ius naturæ non determinat. Ita quidem in univer-
sam dici potest, ita partum esse alendum, ut vivere & ado-
lescere queat, ut similis fiat ei, qui ipsum suscepit.

XXXIX. Neque tamen pater officium suum exple-
 verit, si filium saltem pascat, seralut; ita enim à brutis pa-
 rum differret; quia & ipsa ad aliquod tempus pullis suis de
 pabulo, prospiciunt. Verum quum non tantum animal sit
 educandum, sed homo; iure naturæ patri incumbit, ut fa-

um humanum ita instruat, ut eam vitam, quæ hominis
 propria est, vivere queat. Non enim homo dicendus est,
 qui externam gerit hominis figuram; sed qui hominis vivit
 vitam. Nullum enim orbis hic sævius habet animal homi-
 ne, qui non recte educatus est. Bene Aristoteles & verissi-
 me *lib. 1. Polit. cap. 2.* ὡς καὶ γὰρ παλαιῶν, βέλτερον τῶν ζῴων ἀνθρω-
 πὸς εἶναι. ἔτι καὶ χωρεῖν νόμου καὶ δίκης, χεῖρσον πάντων. χαλεπω-
 τάτη γὰρ ἀδικία ἔχουσα ἔπλα. ὁ δὲ ἀνθρώπος ὅπλα ἔχει φύεται Φρο-
 νήσει καὶ δεξιῇ οἷς ἄλλοι ταναυσία εἶσι χεῖροταί μάλιστα. εἰδὲ ἀποσιώζονται καὶ
 ἀχρῶτα ἄνευ ἀρετῆς, καὶ πορρῶς ἀφροδίσια καὶ ἰδωδὴν χεῖρσον. *Qui*
autem primus instituit maximorum bonorum causa fuit, ut enim
perfectio suscepta optimum cunctorum animalium est homo, ita
si alienus fiat à lege, & à iudiciis, pessimus est omnium animalium.
Sævisima est enim iniustitia tenens arma. Homo vtrò arma tenet
per innatam prudentiam atq. virtutem, quibus plurimum valet in
contrarium vit. Itaque impiissimum & immanissimum est sine vir-
tute & ad libidinem cibationemque deterrimum. Quapropter
 pater iure naturæ tenetur filium non tantum alere, sed po-
 tissimum in virtutis studio ita informare, ut vitam homi-
 nis vivere queat; alijs sui similem, non relinquat, sed saltim
 animal. Quamvis verò primo tempore, ubi se rationis u-
 sus nondum per ætatem exerce potest, potissima cura cir-
 ca corpus occupetur, ne inutiletur, aut frangatur & vitæ ci-
 vili inurile reddatur ob insignem teneritudinem, paren-
 tum est diligentissimè providere: post appetitus eorum re-
 gendus, & demum ratio scientijs aut artibus implenda. Or-
 dine & eleganter hæc enumerat Aristoteles *lib. 7. Polit. c. 15.*
 ὡς καὶ δὲ τὸ σῶμα πρῶτον ἐν τῇ γούσει πῆς ψυχῆς, ἔτι καὶ τὸ ἀλογον ἔ-
 λογον ἔχει. *Φαίρον δὲ καὶ ἔτι: θυμὸς γὰρ καὶ βέλτερος. εἶτι δὲ ἐπιθυ-*
μία, καὶ γενομένης εὐθύς ἰσάρεται τοῖς παιδίοις: ὁ δὲ λόγισμός καὶ ὁ
νῆς προϊῶσι ἐγγίνεσθαι πρὸς Φυκὴν διὸ πρῶτον μὲν ἔσῳμα. τὴν ἐπιθυ-
μῶν ἀναγκασίον εἶναι πρῶτον ἢ (τῆ) τῆς ψυχῆς ἐπιτέ, τὴν τῆς ἐ-
εἰδέως.

ἄλλως ἵνα μὴ πρὶν ἢ τὴν τῆς αἰσθητικῆς τῆς δὲ ἑσώματι & τῆς ψυχῆς.
Et autem corpus in generatione antecedit animam, sic pars irratio-
nalis antecedit eam partem, qua habet rationem. Patet id in pue-
ris, quibus statim ira & concupiscentia & voluntas existit: at ra-
tio & mens procedente aetate, in illis fieri nata sunt. Quapropter
corporis curam necesse est prius suscipere, quam animi, deinde ap-
petitus, curam tamen appetitus, qui gratia mentis: curam verò cor-
poris, quod gratia animi. Quomodo autem infantium cor-
 pora tractanda, ut benè crescant, & apta ad civilem vitam
 reddantur, latè refert Aristoteles *lib. 7. polit. cap. 17.* & Plu-
 tarchus peculiari *lib. de inst. puerorum*, quæ ex Physicis peti-
 ta non jure naturæ, sed tantum commodiorem rationem ea
 fovendi indicant, adeoque ea Medicis & obstetricibus
 præscribimus. Potissima cura patris esto de filij virtute.
 Φανερόν αὖτ' Aristoteles *lib. 1. polit. cap. 9.* πίνυν ὅτι πλεῖον ἢ πάσῃ
 πρὸς οἰκονομίαν πρὸς τὰς ἀσθεῖας ἢ πρὸς τὴν τῶν αἰσθητικῶν κτήσει καὶ πε-
 ς τὴν δεξιὴν τῆσιν ἢ πρὸς τὴν τῆς κτήσεως, ὅν καλῶμεν πλῆθον, καὶ τῶν
 ἐλευθέρων μάκρον ἢ δόλωρ. *Manifestum ergo est, quod plus studij*
domestica disciplina est circa homines, quam circa possessionem in-
animatarum: & circa horum virtutes quam circa virtutes pos-
sessionis, quas divitias appellamus: & circa liberos magis quam cir-
ca servos optimè. Ad hoc enim potissimum pater à natura
 præfectus est; ut ex præmissis firmiter concludere possimus.
 Sint quocunque pater non potest similem sibi relinquere,
 ad id naturæ jure obligatus est; Atqui sine usu rationis &
 aliqua minimùm virtute non potest sibi similem relinque-
 re. Ad hoc tenetur jure naturæ. Præterea, cum homo nu-
 dus à naturæ autore in hunc orbem sit introductus, ejus ve-
 rò gratia omnia sint condita, ejusque imperio subjecta, ut
 supra ex Genesi & Aristotele diximus, ea verò adeo diver-
 sa sint, ut ab uno homine parari nequeant; imò pleraque
 ita comparata, ut peculiarem acquisitionis artem requi-
 rant,

rant, quemadmodum id Aristoteles lib. 1. Polit. cap. 4. in a-
 gricoltura piscatione, venatione, & alijs acquirendi mo-
 dis ostendit; vita vero hominis his plane non carere, imò
 absque his subsistere non possit, pater rursus vi & instituto
 naturæ tenetur filium artem aliquam edocere, sive origi-
 nariam sive derivativam, eamque vel naturalem vel artifi-
 cialem, cujus beneficio vitam tolerare, seque & suos alere
 queat. Quæ autem ars illa esse debeat, propter ingentem
 earum diversitatem, nec minorem patrum varietatem, de-
 terminari non potest. Pater tamen, si generaliter rem di-
 cere velit, satisfacit officio suo, si eam artem aut acquisiti-
 onis modum filium doceat, quam ipse callet; ulterius jure
 naturæ non tenetur; modo ars illa non sit planè illicita, ut
 senonum, latronum, furum & crumeniscarum: qui dum
 eas exercent, contra jus naturæ gravissime impingunt; a-
 deoque de illa fæce hominum hic non dicendum. Jure i-
 taque suo filius à patre petere potest, ut, si possit, eum ejus-
 modi artem vel doceat ipse, vel ab alijs edoceri suis sum-
 ptibus curet, quæ patris conditioni æqualis sit: eminenti-
 orem petere non potest; ad eam pater non tenetur, si no-
 lit. Ad similem enim sibi obstrictus est jure naturæ, non
 superiorem. Magistratus itaque, si nolit, hæc ratione pa-
 trem cogere potest. Quò pertinet id, quod l. 1. ff. § l. 3. §
 4. C. de Agnos. & alend. filius de modo facultatum dicitur; &
 in hoc Tit. de Scio Macedon. in quantum pater filio teneat-
 ur. Quæ Romana jura profectò naturæ sanctioni ex asse
 conveniunt. Pro patrum conditione & statu filios crudi-
 endos esse jus Atticum sanxit, quod egregiè cum ijs, quæ
 hætenus dicta sunt, conspirat. τὴν παιδείαν διδάσκουσά τε καὶ τὸν
 νότον τὴν καὶ γράμματά τε καὶ τὴν μὴ ἐπιδοτέοντι καὶ πηλοῦς, ἔπειτα καὶ
 τὰς γυμνασίας, καὶ τὰς ἐμπειρίας, καὶ τὴν τέχνην. τὴν δὲ βίαν ἱκανὸν κα-
 πημένους ὄφει τὴν μυσικήν, καὶ ἰπτικήν, καὶ τὰς γυμνάσιας, καὶ τὰ κλη-
 ρύσια.

γῶνας, καὶ τὴν Φιλοσοφίαν διατρέχειν. *Pueri nascite & litteras pri-*
mitius docentor. Teniores deinde rursus opus facere, aut
peregre ad mercatum ire, aut artem exercere; Honorificas
verò in Musicis, in re equestri, in Gymnicis, ad venan-
dum, in Philosophia, instruantur. Ita lex hæc naturæ in
 mores mortalium versa est. *Mocrates inorat. Areopagit. de*
Solone & Callisthene Atheniensibus Legumlatoribus. ἀπάντων
 μὲν ἐν Φρόνησιν τῆν πολιτῶν, μάλιστα δὲ τῶν νεωτέρων, οἷς δὲ πρὸς τῆν
 εὐσείαν ἤρμοσθην, ἄλλως ἐκάστοις προσέταστον διαλεβῶς. τὸν μὲν γὰρ ἐπι-
 δέσσειν πρὸς τὴν ἀγῶνας, ὅτι τὰς γυμνασίας καὶ τὰς ἐμπορίας ἐτρέπου, οἰδῶ-
 τας τὰς μὲν ἐμπορίας, διὰ τῶν ἀργίας γινομένης. τῶν δὲ κακουργίας, διὰ
 τῶν ἀπορίας. τὸν δὲ βίον ἰκανὸν κεκτημένον, πρὸς τὴν ἰσχυρίαν, καὶ τὴν γο-
 ράσειαν, καὶ τὴν κωμωδίαν, καὶ τὴν φιλοσοφίαν, ἀνάγκασαι διατρέχειν.
Qui locus cum lege Attica prorsus convenit. Simo Teren-
tianus idem in Andria.

Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,
Ut animum ad aliquod studium adjungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad Philosophos.

Idem Plato in Critone & Theage. Plutarchus in lib. de Iust.
puer. Cicero de officiis. Philo Iudæus de Temulentia gravissimè,
invehitur in parentes, qui male educant liberos: Quapro-
pter legislator noster in nullos aequè sevit ac in educatos perperam,
vel hoc argumento. qui sunt quos non tam studium, quam natura
consociat, siue inter homines, siue inter animantes ceteras? nemo
etiam quam insanus alios quam parentes dixerit; hoc enim natura
docet absq; præceptore, ut nati cura sint genitoribus, ipsorum salu-
ti diuturnitatiq; prospicientibus. Hos tamen naturales protecto-
res in hostium traducit ordinem, patrem matremq; accusatores è
patronis faciens, ut, qui soli servare debuerant, perdant etiam.
Gemina fere Auctor Oeconom. lib. 1. c. 6. tradit ὁμοίως γὰρ ἐπὶ τῶν γο-
νίων τρεφόμενοι κατὰ τὴν φύσιν, ὅσα καὶ δίκαια, χρηστοὶ ἀποβαίνουσιν
αὐτοδίκαιος. τριεταίως δὲ γινομένη, μάλλον ἡμῶν ἢ τῶν αἰετῶν. ἵαν γὰρ
 I
 ἔφιν

Ἐφίς τὸ ἄδελφμα τίς ἦσιν μὴ ἀδελφῶσιν οἰχομένοις, παρ' ἑαυτῶν ἐκείνους
 καὶ ἑαυτῶν καταλείψασιν ἐν ἀδελφῇ. καὶ ἔτι ἔτι δι' οὗ μὴ αὐτῶν ὡς μὴ
 καλῶς βίβιωκότων οἱ υἱοὶ καταφρονήσωσιν, ἀπολείψωσιν αὐτὰς ἐν τῇ
 γῆσιν. *Hi enim à parentibus rectè educati, & bonis moribus pieta-
 teque instructi, probi scilicet evadent. Sin aliter, erit hoc eis de-
 trimento. Nisi enim exemplum vitæ proponant ad imitandum li-
 beris parentes, occasionem eis plane dant, pro se adversus parentes
 causam dicendi. Periculumq; est, ne ut futiles post vitam non be-
 ne actam consecuti in senectute à liberis tales parentes deserantur.*
 Quæ à divino scriptore Philone haud longè abeunt. Nec
 mirum; veritas enim sibi consonat, sive à Gentilibus, sive
 sacris tradatur scriptoribus.

XXIX. Ofsensum est hætenus patrem, præter cæte-
 ra, quæ demonstravimus, naturaliter teneri ad filios non
 tantum alendos, sed virtutem & artem quoque aliquam,
 quæcunque sit, edocendos, vel tantum relinquendum, unde
 vitam tolerare queant. Alere verò & informare eos non
 potest, aut ad virtutem erudire, nisi ipsi aliquod conceda-
 tur imperium. In universum enim in rebus humanis ita
 comparatam est, ut, ubi plura coeunt in unum, & ad opus
 aliquod commune tendunt, unum sit, quod regat, alte-
 rum verò quod pareat. Si animo perlustraveris totum ter-
 rarum orbem, & omnia, quæ ille habet, sive animata, sive
 inanimata, sive irrationalia, sive rationalia, institutâ in-
 ductione, deprehendes, evidentissimè in omnibus ita se
 habere, & nullum dari contrarium exemplum; adeoque
 firmissimum esse principium: Vbicunque plures coeunt in
 unum, & societatem seu communitatem aliquam efficiunt,
 semper unum esse imperans, alterum parens. Atqui pa-
 tres & filij ejusmodi societatem efficiunt, uti ex dictis pa-
 tet; Ergo. Iam non immerito quæritur, cui imperium de-
 ferendum? patrini an filio? Et vero si denuo inductionem
 insti-

instituatibus, haud difficulter concludere possumus, semper meliori debere imperium; Ita Deus hominibus; hominibus, feminæ; ambo brutis: anima corpori imperat. Hanc inductionem instituit Aristoteles *l. 1. polit. c. 5.* τὸ δὲ ζῶον, πρῶτον σωίστηται ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος. ὦν τὸ μὲν ἄρχει ἐπὶ φύσει; δὲ δὲ δεχόμενοι. *Animal vero constat primò ex anima & corpore: quorum alterum imperat secundum naturam, alterum parens.* Paulo post. *καὶ λιν ἐν ἀνθρώπῳ, καὶ ἐπὶ αἰλλοῖς ζῴοις ὡσαύτως. Ἐ μὲν ἤμεγα πρὶ ἀξίῳν βελτίῳ τὴν φύσιν. Ἔθις δὲ πᾶσι βέλτιον ἀρχεῖσθαι ἀπ' ἀνθρώπῳ. τυγχάνει γὰρ σωτηρίας ἕτως.* *Rursus in homine & aliis animalibus eodem modo; masculina quidem meliora sunt quam fera, his autem universis melius est, ut homini pareant: nam salutem ita recipiunt.* Item. ἐπὶ δὲ τὸ ἄρχειν ἐπὶ τὸ ἦλιν φύσει, τὸ μὲν κρείττον, τὸ ἤχρητον. καὶ τὸ μὲν ἄρχειν, τὸ δὲ δεχόμενοι. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἀναγκασίον εἶναι καὶ ἐπὶ πάντων ἀνθρώπων. *Præterea autem masculus & femina, alter melior secundum naturam, altera deterior: & hic imperans, illa vero parens, eodemq; modo necesse est in cunctis hominibus esse.* Necesse est ait, in cunctis hominibus; quibus institutam inductionem complet. Neque tantum ex principijs rationis ita deduxit Aristoteles, quæ convenientia quidem fuissent & laudabilia; nisi superior potentia accederet; sed legis & juris vim tamen non habuissent; verum ipse Deus Ter Opt. Max. disertâ lege, à Mose præscripta, sanxit, & ab omnibus terrarum incolis servandâ edixit, ut de lure jam obligatorio dubitare non possimus. De brutis *Gen. 1. vers. 28.* *Dominamini piscibus maris, ac, volatilibus celi, & omni bestia reptanti super terram.* De femina *Gen. 3. vers. 16.* *vulgata; sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tibi.* Non ignoro S. Hieronymum in *tradit. Hebraicâ* in Genes. variam horum verborum afferre lectionem. *LXX legunt; Et ad virum conversio tua: Aquila; ad virum. Societas tua; Symmachus, ad virum appetitus vel impetus tuus.* Pagninus,

nus, *ad virum tuum eris desiderium tuum*, quam lectionem
 textui Hebraico omnium optimè convenire Sanctæ lin-
 guæ petiti affirmant; & sequentia fere evincunt; & *Dom-
 nabitur tibi*. Si enim verba hæc accipiantur, ut communis
 fert usus loquendi, inter se non differunt potestas & domi-
 nium; adeoque jam pleonasmus videretur; Si autem accu-
 ratius, ut Icti, distinguunt, huic non posset aptari; imperi-
 um enim habet vir; non potestatem, non Dominium; quæ
 sanctionem Romanam sapiunt, si propriè loqui velis. Quic-
 quid sit, ex sequentibus liquidò patet, marem, tanquam me-
 liorem, imperare; mulierem, tanquam deteriorem, parere
 debere. Quod Petrus & Paulus novi fæderis præcones
 disertè & sollicitè inculcant; ille *in secunda cap. 3.* hic *ad Ga-
 latas 5.* Item *Timoth. 2.* ut de obligatione nemo dubitare
 possit. Imò nec ex ratione legis subjectionem elicere opus
 sit, en diserta lex Decalogi: Honora patrem & matrem; quæ
 plus quam obedientia imperatur, quæ in Genesi non tan-
 tum à Mose, sed prophetis quoque sæpius Dei jussu restau-
 rata, à reliquis sacris scriptoribus exemplis & monitis con-
 firmata; nec non novi fæderis doctoribus subinde firmissi-
 mè stabilita. Loca afferre non est operæ pretium, res enim
 clarissima est, & nemo negat. Ex ejus legis, quam ex Mo-
 se citavimus, sanctione, apparet naturaliter quoque filios
 tanquam imperfectiores debere subiectos esse patri, patri
 verò tanquam majori deferendum imperium. Fortius de-
 nique orbis vox est, liberos parentibus parere; quam Ari-
 stoteles præcipuus naturæ Doctor pro omnibus proloqua-
 tur *lib. 8. Eth. c. 13* *Ὅτι οὐκ ἔστιν ἀρετὴ πατρὸς ἢ μητρός, ἀλλὰ τοῦ υἱοῦ
 ὑπακούειν.* Nam & pater filiorum & majores nepotum natura imperium
 obtinent. *lib. 1. polit. c. 8.* idem repetit. Ex reliquis scriptori-
 bus, quorum innumeri sunt, plura testimonia adducere
 non placet. Una omnium mens, una vox est.

XXX. Quin itaque parentes jure naturæ imperent, nullum est dubium. Verum quo imperij genere, nondum est expeditum. Tria autem in univcrsum sunt ejus generâ; **Dominicum** seu herile, **Civile** & **Regium**. Quæ proponit Aristoteles *lib. 1. polit. cap. 5.* ἔστι δ' ἂν ῥῶσφι λέγεσθαι, πῶς αἰετὶ ἐν ζῳῷ ἡγεῖσθαι καὶ δεσποτικὴν ἀρχὴν καὶ πολιτικὴν. ἢ μὲν γὰρ ψυχὴ, τὸ σῶμα ὁ ἀρχεὶ δεσποτικὴν ἀρχὴν. ὁ δὲ νῦς, τῆς ὀρέξεως, πολιτικὴν, καὶ βασιλικὴν. ἐν οἷς φασὶν εἶναι, ὅτι κατὰ φύσιν καὶ συμφέρον τὸ ἀρχεῖσθαι τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ τὸ κατὰ τὸ κοινὸν μορῶν ὑπὸ τῆς νῦς καὶ τῆς μορῆς ἔργον ἔχειν. τὸ δὲ ἐξ ἴσῃ ἢ ἀνάπαλιν βλαβερὸν πᾶσι. *Est igitur (ut dicimus) primum in animali perficere imperium dominicum & civile. Nam anima quidem in corpus dominicum habet imperium; mens vero in appetitum, civile & regium, in quibus clarum est secundum naturam & utilitatem imperari ab animo corpori, & ab ea parte, qua habet rationem, ei parti, qua subjacet perturbationi; equalitatem verò ac vicissitudinem omnibus nocere.* Tria, ut apparet, agnoscit, Herile, civile & regium. Quæ in eod. *lib. c. 2.* repetit. Numerus vero facile ostenditur. Aut enim omnia ab unius imperantis nutu & arbitrio pendens; aut non omnia, sed aliqua etiam illis tribuuntur qui parent; vel inter quos vicissitudo & alternatio quædam imperandi; si hoc, oritur civile, ut in politijs seu Rebusp. propriè dictis & democraticis non est perpetuum imperium; sed alternat, ita, ut qui hodie imperant, mox parent. Si prius, & ille unus refert omnia ad suam salutem, & secundario parentum commodum respicit, & *herile* oritur: Si autem primariò parentum, secundariò suis commodis subservit, *Regium* vocatur. Quod verò inter patrem & filium *civile* genus imperandi intercedere non possit, clarissimum est. Quicumque non sunt æquales, sed adeo inter sese differunt, ut unus fere nullo, aut valde imperfecto, alter verò perfecto rationis usu sit instructus, adeoque vicissitudo

imperandi intercedere non possit, inter eos imperium civile esse non potest. Patrem autem & filium ita se habere nemo negat. Hinc filius perpetuò parebit, pater verò imperabit. Num verò herile, num regium esse debeat, inter gentes controversum est. Videmus enim nonnullas, easque satis cultas, parentibus prorsus herile attribuisse, quod etiam durissimè exercuerunt, certè durius quam adversus servos. Verum ex ijs, quæ ante dicta sunt, decisio hujus quæstionis difficilis non est. Docuimus enim juris esse naturæ, & primavâ Dei institutione parentes teneri, filios agnoscere, fovere, alere, artem edocere, copiâ aliquâ instrumentorum vitæ instruere, ut sui similes reddantur, nullâ expectatâ mercede aut utilitate; tantùm, quod natura, ejusque autor ita instituerit & sanxerit: liquidò profecto apparet, illud imperiùm non esse *herile*, sed *regium*. Ipsa præterea experientia, optima morum jurisque magistra luculentè testatur, parentes dies noctesque summos, pro liberorum salute impendere labores, summoque eos complecti amore, etiam tum, quum infantes neque redamare, neque amorem ipsum recipere, multo minus referre possunt. Graphicè hunc amorem & curam matrum imprimis depingit Plutarchus peculiari libro *de amore prolis*. Ἐπὶ τὰς παλαιὰς ἰσθμιαστικὰς τὴν λόγον, ὡς ταῖς μὴ τίκπειν πρώταις, τοῖς δὲ ἰδίοις σωματικῶν τεκνῶν βρέφουσιν. ἐπὶ νέμος ἢ ἐκαίνοις τεκνοτροφεῖν προσετύτηλον, ἕτα προσδοκία χάριτος, ἢ τροφείων Ἐπὶ νέοις δαπειζομένωσι χαλαρὰς δὲ μᾶλλον εἰποιμὶ αἰεὶ εἶναι καὶ μνηστικὰς τὰς τεκνύσας τοῖς βρέφουσιν, κινδύων τε μεγάλων καὶ πόγων αὐτοῖς, γινόμενων.

ὡς δ' ὅταν ᾤδινυσαι ἔχη βέλουσιν ὅξυ γυναικα

Δελμὸν, τότε ποῖασι μογοσόκοι εἰ λειθύσαι

ἤρης θυγατέρες, πικρὰς ὠδινὰς ἔχουσαι.

Ταῦτα ἔχ' Ὀμηροῖν αἱ γυναῖκες ἀλλ' Ὀμήριδα γράψαι λέγουσιν, τεκνύσαι ἢ τίκνυσαι ἐπὶ, καὶ τὸ μίγμα τῆς ἀληθοῦς ὀμῆς πικρὴν καὶ ὅξυ γυναικα

κἀφρον ἐν τοῖς ἀλαγχίνοις ἔχουσαν. ἀλλὰ τὸ Φύσι Φιλόστοργον ἦκαμψε
 καὶ ἦγον. ἔτι θερμὴ καὶ διαλγῆς καὶ κεραδαινόμην τοῖς ποίοις ἔχ' ὑπερβῆ
 τ' ἦπιοι, εἰδὲ ἔφυγον, ἀλλ' ἐπερραφῆ καὶ προσαιμεδίασι καὶ ἀνελετο καὶ
 ἠασάσατο. μηδὲν ἠδὺ καρπαμένη, μηδὲ χρῆσιμον, ἀλλ' ἄππῶτως καὶ ἑ-
 λαιπῶτως ἀναδοχομένη τῶν σπαργαίων ἐρεπίοις θάλασσα καὶ ψύχουσα,
 καὶ πῶτα πῶτον ἐκ νυκτὸς ἀλλόδοξου τ' ἐν καθ' ἡμέραν. *Refer enim*
sermonem ad prisca tempora; quae prima pepererunt, qui primi na-
tum infansem videntur, his neq; lex ulla necessitatem alenda prolis
imponebat, neque expectatio gratiae jubebat infantibus alimenta
et aquam fanori locare. Quin imò infensa potius proli, & memo-
tes acceptorum maleficiorum erant alioqui futura: utpote tantis
periculis, laboribus, doloribusq; exhaustis.

Ut cum parturiens mulier penetrante sagitta
Fixa gemit, duris quam partibus Ilii hae
Quae praesunt nata jacunt Iunonis acerbat,
Et sevos partu cumulanti urgente dolores.

Hae mulieres, ajunt, non ab Homero scripta fuisse, sed ab aliquo Ho-
meride, quae peperisse, tant etiamnum pareret, mixtionemq; dolo-
ris simul, acerbis atq; acuti in visceribus sentiret. Verum insitus a-
mor à natura patientem flectit, atque ducit. Etiamnum calida do-
loribus ac cruciatibus concussa & tremebunda, infantem non pra-
terit, neque fugit, sed eum ad se convertit, arridet, tollit, oscula-
tur, nullam sane percipiens dulcedinem, nullam utilitatem, sed la-
boriosè ac arummosè

Adhac paratis excipiens cunabulis
Fovet refrigeratq; , identidem novum
Cumulans labore laborem, nocturnumq; opus
Mutans diurno. —————

Deinde subneçit. Τίνων ταῦτα μιοθῶν ἢ χρεῶν ἐκείνοις; ἀλλ' εἰδὲ
 τοῖς τῶν, αἰ γδ ἐλπίδες ἀθλοῖ καὶ μακραι. ἀμπλοῦνα ἰσημερίας ἐαρινῆς
 σάφας μετοπωρινῆς ἐτερύγισσιν. πυρρὸν ἴσπειρ δνομένης πλειάδῃ, εἴτα
 ἀναπλάσις θέρει, βόσι καὶ κτηνῶν καὶ ὄρεθρις ἔτοιμα τίκτουσι ἄν τὰς
 χρείας.

χρείας. ἀνδρῶν περὶ δὲ ἡ μὲν ἐκτροφή πολὺντι, ἢ δὲ ἀνδρῶν βαρύνει·
 τῆς δὲ δρετῆς μακροῦς ὕψος παραποθησικασιν οἱ πλείεσι πατέρες. ὅσα ἴ-
 πιδε τὴν Σαλαμίνα Νικοκλής τῶ Ἰμμετοκλέης, ἔδδ τὴν Εὐρυμίδου
 Μιλπάδης τῶ Κίμωνι, ἔδδ ἦκασι Περικλέης Εὐριπίδου ἠμνηγοῦν-
 τος, ἔδδ Ἀρίτων Πλάτωνι Φιλοσοφῆνι, ἔδδ Εὐριπίδης καὶ Σοφο-
 κλέης νίκας οἱ πατέρες ἐγνωσασιν. ψευδίζοντων καὶ συλλαφίζοντων ἠερε-
 ῶντο, καὶ κώμους καὶ πότους καὶ ἔρωτας αὐτῶν οἱ ἀνδρῶντι πλημμελεῖ-
 τω ἐπίδοσιν. ὡς τὴν ἐπαινεῖσθαι καὶ μνημονεύεσθαι τῶ Εὐθύνης τῶτο μόνον,
 ὡς ἐπίγραφον, ἴδε ὅση λύπη καὶς πατέρῃ παύει χρόνον. ἀλλ' ὅμως ἔ πίν-
 ονται παῖδα τρέφοντες. *At quamnam mercede vel lucro in futu-
 rum, cum ne in presentia quidem sit paratum? nam spes incerta &
 longinqua. Qui vitem equinoctio verno serit, uvas ex ea legit au-
 tumnali occidentib. Pleiadib. Qui triticum seminat, metit sub or-
 tibus earum. Boves, equi, alites jam usibus paratos educant fetus.
 Hominis educatio laboriosa est, incrementum tardum, virtus ita
 in longinquo posita, ut plerique parentes prius ex hac vita decedant,
 quam filij virtutem suam demonstrant. Non vidit Salaminiam
 Themistoclis victoriam Nicocles, neq. Cimonis res ad Eurymedon-
 tem gestas Miliasdes, non audivit Periclem concionantem Xantip-
 pus, neque Platonem Philosophantem Aristo. neque Euripidis &
 Sophoclis victorias patres eorum cognoverunt. Balbutientes eos,
 & literas in syllabis cogentes audiverunt: Comestationes, pota-
 tiones, amores, aliq. id genus filiorum delicta videre patribus non
 contingit, adeo ut illa dumtaxat Eveni inscriptio memoretur ac lau-
 detur:*

Per tempus patri est filius omne dolor

*Et tamen finem non faciunt illos educandi. Quibus nil verius, nil
 elegantius dici potest. Ad experientiam omnium populorum
 provocamus, quæ profecto fallere non potest. Ex quibus om-
 nibus pronò fuit alveo, imperium, quo parentes regunt fili-
 os, utpote amoris plenissimum. Regium esse. Quod in multis lo-
 cis disertè fatetur Aristoteles, cuius loca transcribere opere est
 preci-*

*precium lib. 1. Polit. cap. 8. καὶ γὰρ γυναικὸς ἀρχειν καὶ τέκνων, ὡς
 ἀλευθέρων μὲν ἀμφοῖν, καὶ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ γυναι-
 κὸς μὴ πολιτικῶς, τέκνων δὲ βασιλικῶς. Nam & uxori praeest & fi-
 liis, tanquam liberis quidem a nobis, sed non eodem imperij mo-
 do, sed uxori quidem civiliter, filiis autem regie. Et paulo post.
 καὶ δὲ τῶν τέκνων ἀρχὴ βασιλική. τὸ γὰρ γυνῆσαι, καὶ κατὰ Φιλίαν ἀρ-
 χον, καὶ κατὰ πρεσβείαν ἔστιν. ὡς πρὸς ἔστι βασιλικῆς εἰδὲ ἀρχῆς. διὸ κά-
 λως Ὀμηροῦ τὸν Δία προσηγόρευσιν εἰπὼν*

— — πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

*ἐπὶ βασιλείᾳ τῶν πάντων. φύσει γὰρ τὴν βασιλείαν διαφέρει μὴ θεῶν.
 τὴν γὰρ εἶναι τοῦ αὐτοῦ. ὡς πρὸς πόπυθον τὸ πρεσβύτερον πρὸς τὸ ἰσχυ-
 ρον καὶ ὁ γυνῆσαι πρὸς τὸ τέκνον. Filiorum autem imperium est re-
 gium. Quod enim genuit, quodq; per amicitiam praeest & per a-
 ritatem, id ipsum est idem, quod species quaedam regij imperij. Ideo
 bene Homerus de Iove inquit:*

— — *Hominum Pater, atq; Deorum*

*sic appellans horum omnium regem. Natura enim excellere regem
 oportere, genere autem esse eundem: quod accidit seniori ad juni-
 orem, & parenti ad natum. Idem lib. 8. Eth. c. 12. ἡ μὲν γὰρ πα-
 τὴρ πρὸς υἱοῖς κοινωνία, βασιλείας ἔχει ἄρμα. τῶν τέκνων γὰρ τὴν πα-
 τὴρ μέλει. ἐπιπύθον δὲ Ὀμηροῦ τὸν Δία πατὴρα προσηγορεύει. πατρικὴ
 γὰρ ἀρχὴ βέλτεται ἢ βασιλεία εἶναι. Patris enim erga filios societas
 figuram regni habet, quippe cum patri cura filiorum sit, unde et-
 iam Homerus Iovem patrem appellat, eo quod regnum paternum
 imperium esse debet. Ita quidem Aristoteles.*

XXXI. Quare verò regium esse oporteat hoc impe-
 rium, rationes addit; nempe ait. *Quod genuit & quod per a-
 micitiam praeest*, illud regie imperat. Paucissimis, more suo,
 plurima comprehendit. *Quod genuit*; Nulla generatio
 fit sine praesupposito subjecto seu materia; quia itaque pa-
 ter procreavit, certè absque communicatione partis cu-
 jusdam sui, generatio illa fieri non potest. Quapropter ne-

K

cessa-

cessariò filius erit quædam pars patris. Ut verò quilibet naturali instinctu se ipsum amat, ita quoque partem sui; adeoque liberos non aliter tanquam quiddam ex se, imò ut se ipsum, amabit; aut forte magis, quum per eos vitam suam, quam forte senectus vel morbus abrumpit, continuare optat, adeoque in illis vivere, uti supra late dictum fuit. Quapropter mirum non est tam flagrantem parentum amorem esse erga liberos. Optimè iterum Philosophus *lib. 8. Eth. c. 14.* οἱ γονεῖς ὡς γὰρ εἰργασίαι τὰ τέκνα, ὡς ἑαυτῶν τὸ ὄντο, καὶ δὲ τέκνα τὰς γονεῖς, ὡς αὐτὸ ἐκείνων τὸ ὄντο. *Parentes enim amant liberos, quasi ex se quiddam sint: liberi autem parentes, quasi ex illis quidquam sint.* Mensura itaque amoris parentum erga liberos, est amor sui ipsius, qui quidem, si Deum excipias, omnium est flagrantissimus. Ergo quoque parentum erga liberos omnium maximus. Hinc causa evidentissimè patet, quare parentes liberis *per amicitiam* præesse dicantur; totum enim imperium, quod in filios habent, amore illo summo temperant, adeoque omnia ad ipsorum utilitatem referunt, se ipsum fere negligentes. Quare verò liberorum erga parentes non sit tantus amor, & quare matris major, quam patris, dicetur infra in altera parte. Ita itaque pater filiis præesse naturaliter debet, ut quicquid agat, suscipiat, referat ad ipsorum utilitatem, non minus ac rex ad subditorum, aut Deus ad hominum. Qui verò filiis heriliter imperant, ijs non aliter tanquam instrumentis acquirendi utentes, adeoque inter ipsos & servos non distinguentes, ij ordinem & sanctionem nostri supremi legislatoris pervertunt, adeoque à jure illo æterno quam longissimè abeunt. Persas, qui heriliter suis imperant, propterea Aristoteles reprehendit, & barbaros appellat *lib. 8. Eth. cap. 12.* ἐν πέρσας δὲ ἢ τὰ πατρὸς περιουσίῃ δὲ καὶ ἢ δεσπότησιν ὡς εἰς δούλους. τὸ γὰρ τὰ δεσπότησιν συμφύσει, ἐν αὐτῇ περὶ αὐτῆς. αὐτὴ μὲν ἂν ἔρη φάσις ἢ πατρὸς.

ἡ ἰσχυρὰ δὲ, ἡ καπιβύνη. At apud Persas patris imperium Tyrannicum est, qui ut servus filius suis utuntur. Tyrannicum item est heri erga servos. in eo enim id, quod hero utile est, agitur. Sed hoc esse rectum videtur. Persicum illud pravum atq; errans. In quod jus si & aliorum populorum instituta inclinant; eadem ratione ab æterno illo jure deflectent. Et verò in universum omnium populorum mores, consuetudines & leges positivæ ad hoc jus tanquam Lydium lapidem examinandæ sunt, ut illæ bonæ justæque simpliciter dicantur, quæ quam proxime ad illud accedunt; pravæ verò injustæque, quæ ab illo secessum faciunt.

XXXII. Huic verò imperio pater solus præest, non mater, quæ ipsa ex primævo summi Legislatoris naturæ decreto viro subjecta est, & à quibusvis cultioribus populis mare deterior creditur, uti supra ex Genesi & Aristotele docuimus. Neque vero eidem pietatem, honorem, amorem, quem liberi ipsi debent, summum, abjudicamus; sed parem auctoritatem & imperandi cogendique potentiam denegamus. De qua re tamen infra prolixè dicitur. Hinc omnium, certe cultiorum populorum consensu pleraque ex arbitrio maris tanquam præstantioris dependent, quæcunque circa filios, eorumque educationem, statum, dignitatem & reliqua ullo modo suscipi possunt. Certè Romanorum jure omnis potestas patria mulieribus avoq; materno abjudicatur; solis attribuitur patribus, avoque paterno loca juris nota sunt. §. 3. *Qui igitur. Inst. de patr. potest.* §. 10. *famina Inst. de Adoptionib.* §. 3. *ceteri Inst. de hered. qual. & differ. l. 4. §. 2. ad testamenta ff. de honor. possess. contr. sabb. l. 13. nulla femina. ff. de suis & legis. hered.* Nec immerito, ut jam diximus. Quia mas est perfectior fæminâ, & majorem habet auctoritatem & prudentiam, consilijq; copiam: quæ in hac potestate omnino requiritur: in fæmina

Verò propter sexus fragilitatem inesse non potest. Eodem
 jure partus dignitatem patris, familiam, nomenque sequi-
 tur; ex eadem ratione *l. 19. ff. de statu hominum. cum legitime
 nuptiæ factæ sint, patrem liberi sequuntur: vulgo quæsitus matrem
 sequitur.* Quo nominum quoque impositio spectat, quæ
 patri, non matri competit. Lex Attica ita ait; τὰς γονίας ἴσθαι
 τὸν ὄνομα ἐξαρχῆς, καὶ πάλιν ἐξαλεῖψαι, εἰάν βέλωνται. *Pater
 liberis quæsitusq. libuerit, nomina imponens, aut etiam alio mu-
 xant.* Cujus legis etiam Demosthenes meminit ἐν τῷ πρῶτῳ
 βωιωτὸν πρὸς Ἀνόμαλ. εἰ μὲν τίνων ἢ ἔχει δεῖξαι νόμον, ὅς ποιεῖ κυ-
 ρίως εἶναι τὰς παῖδας ἑαυτῶν ὀνόμαλ, ἀ λέγει νῦν ἔτ, ὁρῶν ἄν
 ψηφίζοιθε εἰδὲ ὁ μὲν νόμος, ὃν πάντες ὀφθαλμοῖς ἐμοὶ τὰς γονίας
 ποιῖ κύριος ἢ μόνον ἴσθαι τὸν ὄνομα ἐξαρχῆς, ἀλλὰ καὶ πάλιν ἐξαλεῖ-
 ψαι, εἰάν βέλωνται. ἐπέδειξ' αὖ ἐγὼ τὸν πατέρα, ὅς κύριος ἦν ἐκ τῶν
 νόμων, τὰ τε μὲν βωιωτῶν, ἐμοὶ ἢ Μαστίθων ἴμενων. Quo jure etiam
 Cimon usus est in imponendis liberorum suorum nomi-
 nibus, de quo Plutarchus videri potest *in vit. parall.* Impo-
 nebantur autem, ut Suidas vult, die à partu decimo; ἐθ' ἢ
 ἢ παῖδων συγκαταμένων τῆς Ἀθηναίων ἀσπῆς, τῇ δεκάτῃ τῶν νυκτῶν διὰ
 τῆς γονίως συγκαλεῖσθαι τὰς πρὸς πατέρα καὶ μητέρα οἰκίους καὶ τὰς
 ἐγγύτατ' φίλους, καὶ παρόντων ἐκείνων τὰ τὸ ὄνομα τοῖς πασι τίθε-
 σθαι, καὶ καλῶς εἰδῆσαι τοῖς θεοῖς, ἔπειτα εὐχεσθῆσαι τὰς σμυνηλοῦσι-
 τας. Quamvis etiam septimo fieri solitum Harpocrationem
 memoret. Verum parùm refert. Tempus enim ex sanctio-
 ne est. Apud Hebræos idem moris fuisse Historia natiuita-
 tis Ioannis Baptistæ arguit *Luce 1. versu 60.* Quum enim quæ-
 rebatur de nomine infanti imponendo, Zacharias, licet
 mutus, jnterrogatus in tabula scripsit, Ioannem esse ap-
 pellandum. Nomen semel impositum neque mater, neque
 liberi mutare possunt. Verùm hoc exiguum est jus.

XXXIII. Majus id, quod in castigatione positum est.
 Cum enim pater cum imperio sit, filij verò ut iuvenes ple-
 rum-

tamque iussis paternis relucantur, non aliter ac appetitus
 sensitivus rectæ rationi, sequitur profectò aliquam patri
 in filium concedendam esse coactionem, qua vi quadam
 ad ea, quæ spontè facere nolit, ipsum adigere queat. Men-
 sura autem ejusmodi coactionis rursus ipse est pater, ut
 scilicet quam vim sibi suoque appetitui infert & dolore
 adhibito cogit, ut imperio rationis obtemperet, eam quo-
 que filijs inferre possit. Revera enim pater ratio est, filius
 appetitus. Quum verò ratio nihil præscribat, aut imperet,
 nisi in ipsius appetitus salutem, licet illi interdum contra vi-
 deatur, ita quoque omnis coërcitio patris unicè in filiorum
 salutem est dirigenda, ad eò, ut quæ ipsis profit, à parenti-
 bus licitè suscipi queat, quæcunque noceat, omnis illicita
 & patre indigna. Quapropter adhortationes, admonitio-
 nes, increpationes, objurgationes, virgas, fustes etiam, in-
 ediam & alia id genus coërcendi genera parentibus genti-
 um consensus permittit: nec mores nostri negant. Carce-
 res tamen, præsertim tetricos illos & horribiles, compe-
 des, mutilationes membrorum aut amputationes, pistri-
 na, imò ipsam mortem, regium regimen, quod habet pa-
 ter, non permittit. Horribilia sunt, affectumque paternum
 longe superantia, quæ de Romanorum Gentilium adhuc
 moribus, imò jure, memoriæ prodidit Dionysius Hali-
 carnasseus lib. 2. *Antiq. Rom.* *At Romanorum legulator, o-*
mnem, (ut ita dicam) potestatem in filium patri concessit; idq. toto
vita tempore, sive eum in carcerem conjicere, sive flagris cadere,
sive vinculum ad rusticum opus detinere, sive occidere vellet: licet
filius jam Remp. administraret, & inter summos Magistratus cen-
seretur, & propter summum studium in Remp. laudaretur. Certe
ex hæc lege viri illustres, conciones pro rostris habentes, senatui
quidem adversarias, plebi verò gratas & propterea valde celebres,
& suggestu detracti à patribus abducti fuerunt, penas eorum arbi-

statu statuti; quos, quum per medium forum abducerentur, nullus eorum, qui aderant, poterat eripere, non Consul, non tribunus plebis, non ipsa turba, cui illi assensabantur, licet aliam omnem potestatem suam minorem existimaret. Et post pauca subjicit: Neque Romano legislatori hoc satis fuit, quod hanc potestatem patri dedisset, sed etiam ei filium vendere permisit: nihil eo deterritus, quod homines hanc potestatem patri concessam crudelem essent judicaturi & graviolem, quam naturalis affectus & amor patitur. Et (quod maxime quis admiretur in dissoluta graecorum disciplina educatus, ut acerbum & Tyrannicum) hoc quoque patri concessit, usque ad tertiam venditionem ex filio questum facere, data patri in filium majore potestate, quam Domino in mancipium. Certè hæc talia affectum paternum longe superant. Ne autem ejusmodi filius inobædiens & inemendabilis & patri & reliquis perpetuò sit molestus, pater, ut Deus Ter Opt. Max. sapxit in sua Rep. & Romani prudenter postea sunt secuti, Magistratui eundem offerre, & ut in eum ex suo arbitrio publicè animadvertatur curare potest, qua de re suprâ, cum de vitæ necisque potestate agebamus, dictum fuit. Elegans rescriptum est Valentiniæ & Valentis Imperatorum in Cod. Justin. de emendatione propinq. cujus mensura & modus petitur à jure patrio, cujus vi juniores à senioribus propinquis possunt coërceri. Verba ita habent. In corrigendis minoribus pro qualitate delicti senioribus propinquis tribuimus potestatem, ut quos ad vitæ decora, domesticæ laudis exempla non provocant, saltem correctionis medicina compellat: neque nos in puniendis minorum vitiis potestatem in immensum extendi volumus, sed jure patrio auctoritas corrigat propinqui juvenis erratum, & privata animadversione compescat. Quod si atrocitas facti jus domesticæ emendationis excedat, placet enormis delicti reos dediti judicium notioni. Innuat jus paternum in castigatione liberorum non nimis esse acerbum.

XXXIV. Ut patris est filios etiam dolore adhibito à

flagitiosa retrahere vita, pravisque moribus; ita eodem quoque ad labores honestos statu conditioneque sua dignos coërcitione domesticâ adigere potest. An verò in patris gratiam omnia, quæcunque acquirunt, necessariò acquirere debeant, nondum est expeditum; nec huc pertinet; sed dicetur de hac quæstione infra, cum ad jura pervenerimus, quæ filius patri debet. Id quidem extra omnem est controversiam, omne id à parente filijs imperari, & nî velint, ad id vi adigi posse, quodcunque vel in ipsorum filiorum salutem, & utilitatem vergere, vel ad referendam gratiam, quam parentibus debent, summam, pertinere ullo modo potest. His duobus enim tanquam cancellis officium & coërcitio paterna circumscribitur. Quæ verò extra hæc duo imperantur, licitè possunt sperni. Qualia sunt *Deum abjurare, religionem egerare, cum diabolo pactum inire, latrocinari, innocentem interficere, adulterare, scortari,* & si quæ plura sunt scelera. Hæc enim paternam jurisdictionem excedere videntur. Ast annon pater summa necessitate coactus vel filios vendere, vel filias prostituere queat, impedita est quæstionis. De priori supra egimus pluribus; de posteriori breviter dicendum, præsertim quum eam exemplum Lothi, filias duas libidini Sodomitarum exponere volentis, non nihil reddat dubiam. Angelos speciem humanam indutos apud ipsum divertisse ab eo in domum compulsos pernoctasse ibidem Moses memorat *Gen. XIX. v. 4.* sed *ecce,* ait vulgata, *prius autem quam ierunt cubitum, viri civitatis vallarunt domum illius à puero usque ad senem, omnis populus simul. Vocaveruntq; Loth, & dixerunt ei: ubi sunt viri, qui introierunt ad te nocte: educ illos huc, ut cognoscamus eos.* Lothus homo justus & pius tanta rabie populi consternatus, ut hospites tueatur, insanienti populo inclamat: *Habeo duas filias, quæ nondum cognoverunt virum, educam eas ad vos, & ab-*
temini

remini eis, sicut vobis placuerit, dummodo viris istis nihil mali factiatis, quia ingressi sunt sub umbra culminis mei. Num recte fecerit, tum jure patrio, quaestio est. Prius probabile reddit S. Petrus, qui cum justum appellat; posterius verò si veram, jam contra jus pater nec hodie aget, si filias suas simili necessitate vel majori adactus prostituat. Quapropter in enodatione hujus quaestiois permultum situm est. Verùm nec prisca, neque recentes in ea determinanda conveniunt. S. Ambrosius lib. de Abrah. c. 6. non tantum excusat, sed etiam laude dignum hoc factum arbitratur: *Offerebat Sanctus Loth filiarum pudorem. Nam et si illa quoque flagitiosa impuritas erat; tamen minus erat secundum naturam cõtre, quam ad ver sum naturam delinquere. Praeferebat domus sua verecundia, hospitalem gratiam, etiam apud barbaras gentes inviolabilem. Denique illic quoque offensa hospitalitas est, ubi nec germanitas satis tuta est.* Eiusdem fere sententia Chrysostomus, cujus verba ex 43. ejus Hom. in Gen. transcribemus. Græca ad manum non sunt: saltem latina apponemus. *Quanta fuit hæc justæ virtus? nonne omnem virtutem hospitalitatis superavit? Quid enim justæ hujus benignitate satis dignum afferri potest, qui ne suis quidem sibiabus pepercit, ut servaret hospitibus honorem, & liberaret eos à perversitate Sodamitarum? Et ille quidem filias suas prostituit, ut hospites viatores eriperet ab ipsorum contumelia: nos autem cum sæpe fratres nostros videamus in ipsum pietatis profundum & tanquam in fauces Diaboli cadere; nec sermone eos dignamur, nec consilio regere, nec verbis monere, nec à malitia liberare, nec ad virtutem traducere conamur.* Beatus Augustinus, ut in multis solet, sibi non constat: in eam tamen sententiam potius inclinat, quàm credit laudandum non esse. Quamvis enim in lib. Quæst. in Gen. quæst. 42. nihil decernat; & in lib. de mendac. cap. 7. non sine laude Lothi id commoret: in lib. tamen contra mendacium cap. 9. apertissimè sententiam

rem suam indicavit, nempe se credere, Lothum nimiam animi perturbatione perterritum decernere non potuisse, num peccaret, si minus, ut credebat, committebat malum, ut majus evitaret, adeoque peccasse.

XXXV. Recentiores tamen id excusant: quos inter familiam ducit Beatus Thomas *in quest. de malo quest. 1. art. 1. Quem sequitur Cajetanus in Comment. suis in secundam secundæ B. Thomæ quest. 78. art. 4.* Item Iohannes Arboræus *lib. 10. Theosophia cap. 2.* Et ut objectioni Paulinæ eo melius obviam iri possit, *non sunt faciendæ mala, ut inde eveniant bona*, Cajetanus *in comment. in Genesim* hanc excusandi rationem adducit scil. *Solutio*, ait, *hujus questionis est, Loth non obtulisse filias animo repensandi flagitium flagitio: sed animo placandi furentem populum per hyperbolicam quandam sui submissionem. Credebat enim populum minime acceptaturum ejusmodi oblationem; sed fore potius, ut populus tanta ejus placatus submissione ab incepto desisteret. Idq. propterea verisimile eras, quod filia Loth primariis Sodomæ civibus jam desponsata fuerant. Simile igitur est, quod de Loth dicimus, ut si placaturus quis alium à se magnâ laesam & offensam injuriâ, nudum pugionem ei offerat dicens, interfice me: non eo sane animo, ut ille occidas ipsum: sed, ut tanta ejus submissione demitigatus, omnem ei remittat injuriam & offensam.* In cujus sententiam etiam Soto concedere videtur *lib. 6. de Just. & Jur. quest. 1. art. 5.* Verùm quamcunque tandem ineamus excusandi viam Lothi factum, ab omni peccato non erit immune; quamvis multa sint, quæ illud elevent & minuant: multo minus jure patrio filias prostituere potuit. Quod non rectè fecerit, facile probatur. Omne enim malum vel pænæ est, vel culpæ; jam si duo mala pænæ concurrunt, prudentius est eligere minus: si autem duo mala culpæ, minus non est eligendum; præsertim si utrumque sit grande & contra jus naturæ, Nam de levi quopiam forte

conceuerimus: ipsi enim gentiles, eorumque princeps Aristoteles, agnoverunt, dari scelera, quæ non sint committenda, licet mors subeunda sit. Notabilia sunt, quæ habet *lib. 3. Eth. cap. 1. ἐν τῷ δὲ νόμῳ τῶν Ἰσθίων ἀσάφεια, ἀλλὰ μὴ ἀνομιαν, καὶ νόμῳ τῶν δεινῶν.* quædam autem fortasse sunt, ad quæ perpetranda nemo cogi, compelliue potest, sed potius extremo quæq. pati ac mori conveniit. Quapropter si utrumque sit malum culpæ, præsertim grande, alterum præ altero nequaquam eligendum. Si verò unum sit culpæ, alterum pænæ; (quartum enim per rerum naturam dari non potest) rursus malum culpæ non eligendum, ut declinetur pænæ. Ex his si factum Lothi examinemus, luce meridiana clarius apparet, id ab omni peccato liberum non esse. Grave erat pati, ut hospites nefandæ Sodomitarum libidini subicerentur, quod tamen nostro more loquendum, erat malum pænæ: gravius erat filias jam tum desponsatas publicè prostituere; quod culpæ malum erat. Majus pro minori eligere, neque prudentis, neque pij est. Adeoque recte non fecit. Neque etiam jure patrio. Quæcunque enim neq. in salutem & utilitatem filiorum vergere, neque ad referendam gratiam parentibus debitam, pertinere videntur, ea à parentibus jure patriæ potestatis imperari non possunt. Atqui per prostitutionem filiarum neutrum obtineri posse, nemo non videt. Benedictus Pererius in hunc locum disertè pronunciat, jure patrio id Lothum facere non potuisse. *Verum procul dubio non potuit Lothi paterno jure potestatis, filias suas nefaria libidini objicere, quo detestabilem libidinem ab hospibus suis averteret, tum quod caratione perditum ivisset bonam famam filiarum, ob destoratam & amissam virginalem integritatem & pudorem; quam etiam obrem, ab iis viris, quibus jam ille fuerant, desponsæ, merito earum conjugium repudiandum erat: tum ob gravißimum periculum, ne intimo*

animis

animi sensu assentirentur illa libidini alienæ, quam patiebantur; scilicet ob voluptatis delectationem in eo actu admixtam. Interim non contemnendis rationibus idem excusar, quas ex ipso potius audiemus: Culpandus igitur est Loth; sed eam tamen culpam dæres res multum elevant ac minuant. Extenuant enim peccatum ejus, ingens animi perturbatio, mentis judicium impetente confundens & perstringens: cujus ille satis gravem & efficacem causam habuit. Deinde multum de ea culpa deteret, flagrantissimum quoddam & acerrimum studium, magnâ sanè dignum laude; hospites suos à tam nefaria & violenta atq; intoleranda injuria defendendi tuendique: simulque, ardentissimum quoddam idemque justissimum tam execrandi ejus gentis flagitij odium. His fortasse adderet quispiam, purgari posse à crimine factum Loth propter ignorantiam, eo tempore prorsus excusabilem. Etenim priscis illis temporibus atque hominibus, nequaquam oportebat liquido esse notum, licitum esset nec ne, levis quodam admisso peccato, ingens aliud bonum comparare; aut argens aliquod periculum malumque declinare; præsertim si nec boni consecutio, nec declinatio mali a liberatione posset contingere. Iure itaque patrio prostitueri aut permittere saltim, aut pati, ut filix alienæ libidini subicerentur, non potuit: quapropter nullum inde illicito huic imperio paterno præjudicium fieri potest.

XXXVI. Potissimum verò patris imperium se exercit circa familiam, genus & ea, quæ ad ejus propagationem pertinent. Tota enim illa societas, quæ inter patrem & filium intercedit, ob propagationem generis orta est; adeoque quæcunque eò pertinere videbuntur, potissimum imperio parentis subjeiciuntur. Nam ob quod tota aliqua societas est instituta & colitur, id potissimum imperio illius subest, qui illi societati præest; Atqui ob propagationem generis societas paterna & nata est & colitur; Quapropter fieri aliter non potest, quin ea, quæ eò spectare videbuntur, à pa-

rentis penitentiam arbitrio. Quod prudenter observavit Ari-
 stoteles lib. 9. Eth. c. 2. οτι μὴ ἔνι ἡ πῦρ πῶσον ἀποδοτικόν, ἡδὲ τὰ
 πατρὸς πάντα, καὶ τὰς ἡδὲ τὰ Διὸς ἵσταναι, ὅσα ἀδελφῶν ἐπὶ ὀφείλας γο-
 υῦσι, καὶ ἀδελφοῖς καὶ ἐταίροις, καὶ ἐκτελέταις, ἐκάστοις τὰ οὐκ αἰα καὶ
 τὰ ἀρμόζοντα ἀποδομῆται. ἔτι δὲ καὶ πῶσον φαίνεται εἰς γὰρ μὴ
 γὰρ καλῶς τὴν συγγένειαν. τῆτοις γὰρ κοινὸν τὸ γένος, καὶ αἱ αἰσθη-
 τὴν πρᾶξις, καὶ εἰς τὰ κήδη δὲ μάλιστα οἴονται δεῖν τὴν συγγένειαν ἀπαιτῆται.
 Non omnia igitur omnibus esse retribuenda, neq. parti omnia: quoniam
 admodum neque loco omnia sacrificantur: obscuram minime est.
 Quia verò alia parentibus & fratribus & sodalibus, & bene meritis
 reddenda sunt; singulis propria & accommodata sunt retribuenda.
 Ita verò etiam facere videntur, ad nuptias enim cognatos invitant:
 his enim commune genus est: atq. idcirco adiones quoque, quæ cir-
 ca id fiunt, communes sunt: ob eandem causam quoque ad sponsalia
 convenire debere cognatos maximè exhibimant. Quæ & mori-
 bus & veritati accuratè consonant. Quorum enimque e-
 nim negotium aliquod est commune, de eo si agitur, ne-
 cesse est, ut omnes conveniant, quos concernit. Atqui in
 nuptijs agitur de genere; & genus cognatorum commune
 est. E. ad has quidem quæ tantùm vocentur, ratio est ma-
 nifestissima. Multò evidentior verò in parente, qui illius
 generis caput est & familiam ducit, idque per filios propa-
 gare conatur. Huic enim fini liberi à parentibus vitam
 proxime Deum acceperunt, propterea summâ cura & la-
 bore eos educarunt, propterea omnia, quæ sollicitè acqui-
 siverant, illis addicunt, ut per illos familiam propagare in-
 tendant; quæ omnia frustra essent, nisi matrimonium li-
 berorum rectè se haberet. Quapropter cum generi propa-
 gando potissimum nuptiæ libetorum inserviant; circa eas
 pater multam obtinet imperij. Primò itaque quaeritur,
 num pater jure suo filium nolentem ad matrimonium ine-
 undum cogere possit? Videbatur fere quaestio affirmanda,

CUM.

cum ad hoc filium procreasse videatur, ut per illum familia
 porro propagetur, adeoque ad id, ob quod tota illa socie-
 tas iuta, merito cogere videri queat. Præterea si illud in
 prima creatione hominis, *crescite & multiplicamini*, ad mo-
 dum præcepti se habet, jam juris erit naturæ & per conse-
 quens ad id cogi poterit. Præcepti vim verba ista contine-
 re, adeoque ijs tanquam jure naturæ homines obligari ex
 præscis censuit B. Cyprianus *tract. 2. de Hab. virgin. Prima
 Dei sententia crescere & generare præcepit: Secunda continentiam
 suasis; Cum adhuc rudis mundus & inanis est, copia fecunditatis
 generante propagatur, & crescimus ad humani generis augmen-
 tum. Cum jam repletus est orbis & mundus impletus, qui capere
 continentiam possunt, spædonam more viventes castrantur ad re-
 gnum. S. Chrysostomus lib. de virginitate & Damascenus lib.
 2 & 4. de fide orthodoxæ ab eo secessum faciunt, & in alia o-
 mnia eunt. S. Augustinus lib. 14. de civitat. cap. 21. aliquot
 veterum sententias commemorat, qui illud spiritualiter
 interpretantur. Verùm in lib. 14. de civitate Dei cap. 22. eas
 oppugnat & credit litteraliter de conjugio ad modum præ-
 cepti esse intelligenda illa verba. Recentiores, præsertim
 scholastici, uberius explicarunt, & in eo fere conveniunt;
 quod contineat præceptum; verùm in eo dissentiunt, an
 tale sit illud præceptum, quod obliget omnes homines in
 individuo; an saltem genus humanum; 2. an semper & o-
 mni tempore, an tantum ad aliquod tempus, scilicet quan-
 do orbis incolis nondum repletus erat; an verò omni tem-
 pore adeoque semper obliget, aut, ut ipsi loquuntur, non ad
 semper, sed tantum si opus fuerit. Magister sentent. lib. 4.
 distinct. 26. amplectitur priorem, scilicet esse præceptum
 quidem, sed primis hominibus; repleto orbe desuisse. Po-
 test sane intelligi illud sub præcepto dictam hominibus ante pecca-
 tum, *crescite & multiplicamini*, quæ etiam post peccatum tene-*

bantur, *asta*, quo est facta multiplicatio: post quam contractum ma-
trimonij fuit non secundum praeceptum, sed secundum indulgenti-
am. Ita etiam post diluuium, quo uniuersum pene humanum genus
deletum est, secundum praeceptum dictum est filiis Noë, Crescite
& multiplicamini, Multiplicato uero homine, secundum indulgenti-
am contractum est, non secundum imperium. Divus Thomas in se-
cunda secunda quaest. 152, art. 2. arbitratur illo praecepto obliga-
ri non individua, sed genus humanum. Praeceptum, ait, datum
homini de generatione, cum dictum est, Crescite & multiplicamini,
non respicit singulos, quosq. homines, sed multitudinem hominum.
Secutus in 4 sent. distinct. 6. credit esse praeceptum, quo omnes
obligentur, & quidem semper, sed non ad semper. Est est insti-
tutio matrimonij, ait, per modum praecepti affirmativi, quod ob-
ligat semper, sed non ad semper, sed tempore necessitatis, non tan-
tum in principio, sed adhuc uidetur eodem modo obligare, si pauci-
tus in filiis ex aliqua causa accideret, puta ex bello, peste, vel clas-
se, & huiusmodi. Michael Medina lib. 4. de Sac. hom. conti-
nent. credit simpliciter praeceptum esse; cuius vim tamen
alii saltem restringunt ad tempus novi fœderis. Verùm Be-
nedictionem, non praeceptum uerba illa continere, solide
ostendi potest. Si praecepti vim continent, eadem ratio-
ne etiam vim eam sortirentur, cum quinto die creatis spi-
scibus & avibus, similiratione dixerit, *crecite & multipli-
camini & replete aquas maris, auesque multiplicentur super ter-
ram.* Brutis autem praecepta non convenire quis negat?
Præterea praeceptum non esse, quo præcipue omnes in indi-
viduo obligantur, novi fœderis conditor Christus, eiusq.
discipuli disertè profitentur; dum castitatem & uirginita-
tem matrimonio præferunt, uti notissimum est. Non
tantum docent quemlibet, qui possit abstinere, non tan-
tum non obligari illo praecepto; sed præterea etiam laude-
sam dignum iudicant, & in eminentiori esse statu, quana
con-

conjugatos, Quod nunquam fieri si simpliciter dicitur
 præceptum, quo præcisè omnes obligarentur, Neque præ-
 terea usquam in scripturis traditur, illud præceptum fuisse
 aboluitum aut abrogatum, cum tamen ad id novi fæderis
 fideles non sint astricti: quapropter evidenter apparet sim-
 pliciter quoque præceptum non esse. Pater itaque filium
 cogere non potest, ut matrimonium inest, præsertim si vi-
 tam agit castam, in eaque perseverare constituit; si verò
 vagam sequatur Venerem, omnino cogi potest, cum pater
 ad omnia ea, quæ juris sunt naturæ & honestati conveni-
 unt, jure suo adigere queat. Quam sententiã juri naturæ
 convenientem etiam Romani amplexi sunt, ut ut aliàs ri-
 gorosa eorum fuerit potestas. Rescè Terentius Clemens
 Iustus in l. 21. ff. de Ritu Nupt. *Non cogitur filius familias uxorem
 ducere.* Quos mores etiam reliquæ gentes observant,
 quarum testimonia præter necessitatem cumulare nolu-
 mus.

XXXVII. Quemadmodum verò cogere non potest,
 ut ducat uxorem: ita nec prohibere. Quum enim instin-
 ctus ille sit naturalis, à Naturæ autòre animantibus & per
 consequens etiam homini ad propagationem generis sui
 implantatus, adeoque fere non in potestate hominis, ap-
 paret liquidò, patrem sine summo flagitio filium à nuptijs
 retrahere non posse. Incidet enim in mille pericula; rei-
 que suæ familiari nocebit & corpori. Imò ea, quæ neque sui ar-
 bitrij sunt, sed à Deo naturæ autòre concessa & indulta,
 pater vetare nullo modo potest. Bene Aristoteles lib. 1. po-
 lit. c. 2. ἀνάγκη δὲ πρῶτον συνδυάζεσθαι τὴν ἀντὶ ἀλλήλων μὴ δυνα-
 μένους εἶναι. οἷον ἡλῶ (μὲν) καὶ ἀρβέν τῆς γυνέκως ἐνεκον, καὶ ἔτι τῶν ἐν
 παραίρεσις, ἀλλ' ὡς τῶς καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ φυτοῖς φύσιν ἐν τῷ
 ἑφείσθαι, οἷον αὐτῶν, τοῖσιν καὶ ἀλιπὴν ἔργον. *Primum igitur neces-
 se est combinare illos, qui non possunt esse, nisi simul, seu marem &*
fami-

*familiam generatōnis causa. Et hoc non ex electiōne, sed velut in
rateris animalibus & plantis naturale est desiderium, quale ipsum
est, tale alterum relinquendi. Naturale vocat desiderium
non ex electiōne, qualia nulla lege, nullo imperio, nullo
jussu vetari possunt. Quapropter parens filio matrimonio
interdicere, nequaquam potest. Quod Romani quoque
in suam Remp. introduxerunt. Marcianus Ictus l. 19. ff. de
Rit. nupt. recte & prudenter de hac re agit: Qui liberos, quos
habent in potestate, injuriā prohibuerint ducere uxores, vel nube-
re; vel qui dotem dare non volant; ex constitutiōe Divorum Se-
veri & Antonini, per Proconsules Praesidesq. provinciarum cogun-
tur in matrimonium collocare, & dotare. Prohibere autem
videtur, & qui conditionem non querit. Ut itaque in u-
niversum à matrimonio abstineant; patres prohibere non
possunt: num verò, ut hoc tempore, hoc loco, cum hac
vel illa persona ne ineant, vetare possint, alia est questio.
Quod quidem si ex salute liberorum fiat, omnino patri
concedendum. Quum enim totum hoc negotium ad ge-
nus pertineat, & verò id potissimum patrem concernat,
apparet profectò sine expressa ejus voluntate nihil in hoc
à filio esse suscipiendum, non tantum propter summum,
ut loquuntur, interesse patris, sed etiam quod pater longe
filio sit prudentior & jam maritus, onerum non tantum
conjugij, sed & morum fæminarum gnarus, imò extra
affectum amoris constitutus, longè prudentius vitæ sociam
eligere, quam filius harum rerum rudis & vehementiâ a-
moris occæcatus, qui sæpe sapientes fallere solet. Quæ
quidem rationes convenientiam satis accuratè evincunt;
nempe, conveniens esse, ut filius hac in parte sequatur pa-
rentem; nondum tamen jus videntur inducere, nisi quod
id, quod dicitur patris interesse, quam eligat, non nihil
juris evincere videatur. Neque jus aliquod ex generalissi-
mo præ-*

mo præcepto collegeris Honora patrem & matrem; quod non nisi per varias consequentias exinde deduci poterit. Neque etiam simpliciter exempla patrum in *V. T.* coactionem efficient, ita, ut necessariò quoque & hodie fieri debeat. Multa enim ab ijs facta, quæ à jure naturæ quam longissimè fuere remota, tantùm abest, ut omnia eorum facta eidem convenisse asserere velimus. Certe Abrahami servus adjuratus prius à Domino, ex Mesopotamia Rebecam adduxit, quam pater Isaac dedit. Ita Isaac mandavit Jacob filio, ne in Chanaan duceret uxorem, sed in Mesopotamiam proficisceretur, ibique sibi aliquam eligeret, & quidem ex filiis Laban *Gen. 28.* Samson etiam mulierem, quam amabat, non statim accepit uxorem; sed primùm audivit suos parentes, & rogavit, ut eam uxorem darent, nec ante mulierem duxit, quam parentes adornatis nuptiis sibi eam tradidissent. *Judic. 14. Tob. 6.* dicit Angelus ad Tobiam juniorem: Est hic Raguel, qui habet filiam Saram; pete igitur à patre ejus & dabit tibi uxorem. Quamvis enim figmentum sit, mores tamen exprimit. Quæ quidem posteriora, verum unum, fictum alterum, legi expressè à Deo latæ conformia sunt; prioribus autem ante legem adhuc expresse latam, lex postea condita conformis est, ut certum sit, id jus tanquam naturæ per traditionem ab Adamo in posteros usque propagatum, & observatum, etiam postea ad alios populos dimanasse. Diserta lex habetur *Exodi 22. vers. 16.* *Quum autem seduxerit quispiam virginem, qua non est desponsata, & coierit cum ea, dotando dotabit eam sibi in uxorem. Si renuendo renuerit dare eam illi, argentum appendet juxta dotem virginum.* Ne verò de filiabus tantummodo constitutum videatur, nata est illa *Deut.* sanctio: *filiam tuam non dabis filio Cananei; nec filiam illius collocabis filio tuo.* Ut ex his appareat in patris fuisse arbitrio filio uxorem despondere; & fi-

liaz maritum. Ex rationibus ante adductis patet, juri naturæ esse, parentem in liberorum matrimonium consentire; personam tamen ipsis ingratam obtrudere non posse. Neque generaliter & adeo crudè intelligendum esse, ut patris morosi dissensus matrimonium impedire, vel contractum dirimere valeat: præsertim si filius non sit juvenis, sed jam tum provectoris ætatis & prudentiæ, quâ forte patrem superet, ut sibi suisque rebus melius consulere queat, quam ipse pater. De junioribus & inexpertis libenter concesserimus, de quibus etiam plerorumque populorum instituta potissimum intelligenda veniunt, nisi quod nonnullorum sanctiones ad eò rigorosæ eorum consensum requirant, ut sine eo nullum intelligatur matrimonium; certè non sit legitimum.

XXXIIX. Justinianus Imperator ait; parentum consensum necessarium esse, *naturalis & civilis ratio suadet. in princ. Inst. de Nups.* De civili non est dubitandum; cum filij familias in potestate existentes nullum negotium fere privatum absq; autoritate patris gerere potuerunt, ne dum hoc magni momenti. De naturali itidem clarum; verùm forte non eò rigore, neque eò sensu, quo Romani voluerunt. Quod enim illi inter emancipatum, & in potestate existentem tantopere distinguunt; & præterea nullum, ne quidem prudentissimum, qui nempe cum summo imperio Reip. præerat, ab hac rigorosa necessitate eximunt, id juri naturæ incognitum. Convenientissimum eidem videtur, liberum esse filio, præsertim prudentiori, sociam vitæ eligere, & de ea patris consilium exquirere; qui se durum præbere non debet, si persona aut conditio non sit aspernanda. Id autem matrimonium quod patre indignum est, (quod ex varijs causis contingere potest) suo jure ve-

arte

ite potest. Necessitas itaque consensus parentum de jure
 naturæ semper manet; neque facile positiva lege ipsis eripi
 debet, cum ipsis naturaliter debeatur, & expresse à Deo
 Ter Opt. Max. adjudicatus sit. Nec ratione caret, quod jus
 Romanum patris consensum potius requirat, quam ma-
 tris; in eo tamen excedit, quod omnino excludit. Quam-
 vis enim mater imperfectioris sit judicij, quam pater, atque
 adeo minus habet imperij; hoc tamen honore defraudan-
 da non omnino est: præsertim cum & ipsa in commune
 consultare possit; qui mores etiam hodie apud nos obti-
 nent. Canones, præsertim vetustiores, quibus standum est, à
 jure Romano tam longe non abeunt quam recentes; ut *c. s.*
Aliter. & c. 3. Nostrates. 30. quest. 1. c. 12. non omnis s. paterno
arbitrio & c. honorantur. 32. quest. 2. c. 3. videtur. qui matrim. ac-
cusare poss. Qui autem recentiores sunt, illis jus civile vul-
 go corrigi credunt, nempe. *C. cum causa. De raptor. c. per tuas.*
de cond. appas. c. sufficiat. 27. q. 2. ubi gl. in verb. solus. c. cum lo-
cum & c. cum apud. de Spons. Imò concilium Tridentinum
 decreto de Reformat. matrim. c. 1. anathemate eos damnat,
 qui falsò, ut ajunt, affirmant, matrimonia à filijsfam. sine
 consensu parentum contracta irrita esse, & parentes ea, ra-
 ta vel irrita facere posse. Ratiunculis inducti & levissimis
 & ridiculis. Nempe 1. Matrimonia libera esse oportere,
 2. quod Deus conjunxerit, hominem separare non oportere
 3. servum invito Domino etiam contrahere posse matri-
 monium. Quibus tamen Ioannes Corasius & Franciscus
 Conanus Galli Icti sufficientissimè respondent. Imò Hen-
 ricus II Gallix rex spretà Tridentinorum definitione An-
 no MDLVI constitutionem promulgavit, in qua hujus-
 modi conjugia sub triplici pœna prohibuit; scilicet ut libe-
 ri sine consensu parentum contrahentes exhæredentur; in-
 capaces reddantur omnium lucrorum matrimonialium &

nihilominus arbitrarie judicium pœnæ subjiçiantur. Nisi
25 vel 30 annis majores sint, qui tamen nihilominus paren-
tes in consilium adhibere tenentur. Quod nos ante dixi-
mus juri naturæ convenientissimum esse. Quod etiam ple-
rique Protestantes in suis Consistorijs & Scabinatibus ho-
die sequuntur.

XXXIX. De omnimoda acquisitione, an scilicet fi-
lius omnia, quæcunque acquirit, in patèrnis sacris consti-
tutus, parentibus, an sibi, an contra parentes omnia in li-
berorum gratiam acquirant; & quatenus filius pro patre,
& pater pro filio tum ratione delictorum, tum ratione con-
tractuû teneatur, dicetur infra in altera parte. Publica verò,
si quidem filius illis admovetur, patris imperio non subja-
cent; sed in illis filius jure naturæ liberum habet arbitrium
sine ulla co actione patris, quantum quidem per leges li-
cet. Pater enim filio naturaliter imperat; dum autem
Reip. negotia gerit filius, eatenus filius non est, adeoque
imperium patris audire non tenetur. Pertractat hanc qua-
sitionem Aristoteles *l. 9. Eth. c. 2.* *Quærit nempe πόρος δὲ
πάντα τῷ πατρὶ δυνάμεν καὶ πύξασθαι, ἢ κάρωντῳ μῶρ; ἢ αὐτῶ πύξ-
σθαι. ἢ ἑαυτοῦ δὲ, χειροποιήτων τῶν πολιτικῶν.* *Virum videlicet patre
omnia tribuenda sint, & parendum in omnibus? an agrosans de-
beat Medico obtemperare: & qui eligit imperatorem, bellica re
peritum hominem eligere.* Et in eodem capite Respondet;
non omnibus esse attribuenda; neque patri omnia; sed
ἐν ἑκάστῳ οἰκεία καὶ ἀρεμίστοισιν. *singulis propria & accommodata.* Cum
quibus lex Romana consentit, quæ habetur *l. 1. ff. de hæc qui
sunt vel alieni juris sunt.* *Filius familias in publicis causis loco patris
familias habetur: veluti ut magistratum gerat, ut tutor detur.* de
quibus tridem infra dicetur latius. Verbo saltem monen-
dum est, hæreditatem parentibus mortuis naturaliter debe-
ri liberis. Quam enim patres naturæ jure teneantur filios
alere,

aliter, utique rationis instructore; ut similes aliquando ipsis reddantur; fieri aliter non potest, quin illis bona parentum sint relinquenda. Si enim adhuc sunt impuberes, vel alimentorum gratia, saltem ipsis concedenda; si vero adulti, ut possint fieri patres familiarum. Tum enim, ait Aristoteles, homo perfectus est, & similis patri, quando & ipse rursus procreat liberos; quo casu utique familiam constituat; illa vero sine copiâ aliqua instrumentorum institui nunquam potest. Vita enim hominis varia requirit, ut latè ostendit Aristoteles *lib. 1. polit. c. 3.* non tantum, ut cum familiaribus partibus vivere queat, sed etiam commodè vivere. Quæ certe filius familias à nemine nisi parente suo expectate potest. Quapropter partem aliquam bonorum pater filio familias, vel naturâ jubente, dare tenetur, ut propriam familiam institueret & alere queat. Quanta autem pars illa esse debeat, jus naturæ non determinat. Plutarchus *in eleg. libello de proli amore*. οἱ παῖδες ὡς ὁ Φελαγμα ἐν κληρῶν ἐκδοχέιδωροι: liberi hereditatem ut sibi debitam expectant. Philo ludæus *de vita Mosi III.* Cum lex sit naturæ, ut liberi parentibus, non parentes liberis in bona succedant, Moses id, quod contra vœta parentum, maligni omnis erat, texit silentio. Xenophon *lib. 2. Socraticorum*: ἡ ἀρετὴ τοῖς πολλοῖσι τοῖς δὲ παισὶ πνευματικαὶ αὐτῶν πατρῶν ὅσοι οἴηται σωθεῖσιν αὐτοῖς πρὸς τὸ βίον καὶ ταῦτα ὡς αἰ δύνηται πλεῖστα. Vir is, quibus habiturus est, liberis parat omnia, quæ usus fore ad vitam parat, & quidem quam maxima potest in copia. Procopius Cæsariensis *lib. 1. de bello Persico* de consensu omnium gentium & cultorum & barbararum testatur; οἱ γέμοι τῷ διακρίσασον ἀλλήλους αἰὲν ἐν πᾶσι αἰθρώποις μαχώμενοι, ἐν τῷ θεῖν τῷ Ῥωμαίοις καὶ πᾶσι βαρβαρίαις ἑνωσάσῃ τῇ καὶ ἑνωμολογήσῃ τις ἀλλήλους κυρίως διὰ φάσιν οἱ τὰς παῖδας εἶναι τῶν τε πατρῶος κληρῶν. Leges quæ cæterum inter homines plurimum differentiis invicem pugnant, in hac re, tam apud barbaros, quam apud Romanos consentiunt, atque conspirant, ut liberos

beros dominos pronunciant rerum à patre relictarum. Nec aliter Romani; Paulus Ictus; Ratio naturalis quasi lex quadam tacita liberis parentum hereditatem addicit, velut ad debitam successionem eos vocando. Eiusdem sententiæ Papinianus; Non sic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hereditas. Parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit: liberos natura simul & parentum commune votum. Tacitus de moribus Germanorum. Hæredes tamen successoresque sui cuiusque liberi & nullum testamentum. In legibus V Visigothorum lib. 4. Tit. 2. de success. Si pater vel mater intestati discesserint, tunc sorores cum fratribus in omni parentum facultate, absque alio objectu equali divisione succedant. Item, In hereditate illius, qui moritur, si intestatus decesserit, filij primi sunt. Si filij desunt, nepotibus debeat hereditas, Si nec nepotes fuerint, pronepotes ad hereditatem vocentur. Imò orbis vox & mos est, liberos naturaliter esse parentum hæredes, Totanè autem illis debeatur hereditas, ita, ut patri omne de bonis suis disponendi eripiendum sit arbitrium, an pars saltem, adeò expeditum non est. His immotis fundamentis Romanorum jus incumbit, ex quibus facillimè etiam deduci potest. Verum plura hæc quidem vice afferenda non sunt,

XL. Num verò paternum hoc imperium perpetuum esse, an certo tempore terminari debeat, nondum est expeditum. Et verò varijs distinctionibus opus est, ut res accuratè tradatur. Casus enim sequentes benè erunt discernendi. Num scilicet patri liceat filium imperio suo eximere, quando cunque voluerit, aut eundem quoque in eodem retinere ad libitum. An præterea filius patrem cogere queat, ut eum potestate sua liberet, an verò ut non liberet. Quæ quidè distincta sunt, Supponendum verò ante omnia est, immotum principium, ex quo reliqua omnia facili negotio deduci poterunt. Scilicet jam tum ante firmi-
 ter

terprobatimus, hanc societatem à natura in hunc finem esse institutam, ut patris imperio liberi ita educerentur, ut similes fiant parentibus. Tunc enim finis hujus societatis obtinetur, si parentum similes liberi evadant. Similes verò tum dicendi, quando se non tantam suam ratione, sed & familiam regere possunt. Qui terminus fere solus naturalis est hujus societatis, ante quem pater filium neque imperio suo eximere, neque ultra cum in eodem detinere potest. Quo verò ætatis anno filij familias ad eam perveniant prudentiam, ut sibi suisque prospicere queant, id per ingeniorum varietatem determinari universaliter non potest. Nonnulli enim maturius; nonnulli serius judicio & usu rationis valent: nonnulli fere per totam vitam pueri sunt, ineptique tum ad se ipsos, tum ad familiam regendam. Quos quidem perpetuo paterno imperio subesse debere, jus fasque, imò ipsorum salus flagitat. Ut ad eò universaliter hoc quidem demonstrare possimus; scilicet eos in universum omnes à paternâ potestate liberandos esse, qui ejus sunt prudentiæ, ut sibi consulere queant; contra omnes illos detinendos, qui judicio & usu rationis destituuntur. Naturali enim juri conveniens est, ut is, qui seipsum regere non potest, alterius tutelâ regatur; ut sapienter Iustinianus ait *§. 1. de Astiliano Tutore*. Terminus itaque naturalis imperij paterni est perfecta ætas filij, & sufficiens ad propriam familiam regendam prudentia: ultra quam filij detinendi non sunt; neque etiam citius liberandi. De reliquis quæstionibus dicetur in altera parte.

XLI. Verum dum paternum imperium finiri statuimus, eo ipso pietatem, honorem, reverentiam & cætera parentibus debita sublata nolumus. Hæc enim per totam vitam durare debere, infra in altera parte lærè demonstrabimus. Neque illa dimissio forte juri naturæ conveniens, quæ apud Romanos olim usitata, de qua infra dicetur, à

qua hodie plerique Europæi discesserunt. Licebat enim jure
 Romano patri filium tam diu retinere, quam diu placebat; et
 iam tum, quando consul factus quædam regebat Rem. nisi quod
 postea Imperatores Patricios h. e. summos consiliarios hoc
 nexu liberaverunt. ut refert Justinianus, §. 4. *J. Quibus modis
 jus patr. pot. solv.* Quod libertinum arbitrium patri relictum
 fuerit, liberare aut retinere, quemcumque voluerit, sive perfe-
 ctæ ætatis & judicij, sive imperfecti, hoc sapit sanctionē po-
 sitivā, neque cum primævo illo jure convenit, de quo videri
 poterit §. 7. *J. Quibus modis jus patr. pot. solv.* Neque emancipatio
 hæc seu dimissio ex paterno imperio hereditatem naturali-
 ter filijs auferre potest: quamvis olim de jure civili secus
 fuerit, quod prætores tamen statim correxerunt, dum eos,
 quos rigor legis heredes negabat, bonorum possessores con-
 stituebant; & Justinianus postea *Nov. 118. c. 1.* illam differenti-
 am plane sustulit. Neque abdicatio illa, quæ in Rep. Atheni-
 ensi usitata erat, simpliciter naturæ juri convenit, præsertim
 si sine gravi & justa fiebat causâ. Lex ita erat; τὴν γονεῶν καὶ τοῦ
 ἀδελφοῦ ἀπογενέσθαι. Non licebat tamen nisi causâ cognitâ, apud
 Iudices, ut Quirilianus refert *declamat. 283.* Neque omnibus
 parentibus, neque ex quavis causâ, ut Lucianus in *Abdicatio* te-
 statur, & causas præcipuas recenset. Publicè autem per præ-
 ceptionem fiebat, ut Plato recenset *l. 2. de legib.* quæ factâ patris
 familia, Hesychio teste, & hereditate excidebat, non tamen
 jure civitatis. Verùm illa abdicatio Romanis Legibus pro-
 hibita est. *l. 6. c. de patr. pot.* Gravissimâ n. oportet esse causam,
 ob quam naturale illud vinculum, quo natura patrem libe-
 ris constrinxit, sit dissolvendû. Verùm plura addere angustia
 & chartæ & temporis vetat. Cælesti patri cui omnia nostra,
 vitam cum animâ debemus, sit laus & gloria in o-
 mnes seculorum myriadas.

F I N I S.



* 5 9 0 1 3 3 1 1 8 V *

Diss. A 149 | (12)

BOD J Floor

**Please keep this slip with the
book at all times.**

For OULS use

Heading: Eichel, Johann

*Title: Disputatio juridica inauguralis de litis
contestatione*

Date: s1665

